Hermetis Trismegisti Dialogus

QVI DICITVR

ASCLEPIVS

The Perfect Discourse

---

the Latin of the lost *Λόγος τέλειος*
in the text established by Paul Thomas
Leipzig, 1921



The Orphic Church

MMXXVI

ASCLEPIVS

the Latin Asclepius, ascribed through the Middle Ages to Apuleius of Madauros

---

The text

Paul Thomas, ed., *Apulei Madaurensis opera quae supersunt*, vol. III (Leipzig: B. G. Teubner, 1921). The Orphic Church transcribed it from a digital scan of that printing.

The division

The forty-one chapters are the traditional ones by which the work is cited. The Orphic Church divided each chapter into verses for this edition, so that any passage can be found and cited, as *Asclepius* 1:3.

The spelling

Thomas's spelling is kept exactly, late and vulgar forms included (*inmortalis, conpleto, conexum, ipsud*). So are his editorial signs: ⟨ ⟩ for words an editor supplied, [ ] for words he judged not the author's, and † for a corruption he could not securely mend.

The apparatus

His two registers of notes, the parallels to the work and the readings of the manuscripts, are given in full for all forty-one chapters, keyed to the verses. The manuscript sigla are his.

How to cite

Hermes Trismegistus, Asclepius (The Perfect Discourse).
The Latin text established by Paul Thomas (Leipzig: Teubner, 1921).
Digital edition by the Orphic Church, 2026, which transcribed Thomas's printing, divided the text into verses, keyed his apparatus to them, and set the pages.
https://orphic.church/library/asclepius/
Cite by chapter and verse: Asclepius 1:3.

Compact

Hermes Trismegistus, Asclepius, ed. Paul Thomas (1921); digital edition and verses by the Orphic Church (2026), https://orphic.church/library/asclepius/

With a passage

Hermes Trismegistus, Asclepius 1:3, ed. Paul Thomas (1921); digital edition and verses by the Orphic Church (2026), https://orphic.church/library/asclepius/

The licence

This edition is given under the Orphic License, version 1.0.
https://orphic.church/license/

This version

Version 1.1, 2026-09-17

About this edition

The *Asclepius* survives in Latin, in manuscripts that all descend from a single damaged archetype. Aloys Goldbacher, whose Vienna edition of 1876 first set the philosophical works of Apuleius on a critical footing, sorted the surviving copies into two families and judged the first the more trustworthy: the manuscripts at Munich, in the Vatican, at Wolfenbüttel and one at Paris on the one side; a second Paris manuscript, one at Florence, and a third formerly at Venice on the other.

One manuscript Goldbacher passed over altogether: Brussels 10054 to 10056. Bringing it into the text is Paul Thomas's distinctive act, and the reason to read his edition. He describes it closely: parchment, seventy-five leaves, twenty-three lines to the page, written at the beginning of the eleventh century in two hands. It is roughly a century older than the Munich and Vatican copies on which Goldbacher had chiefly relied.

Thomas made it his guide. He judged that its scribe had worked in good faith, so that where it goes wrong the fault is carelessness rather than interference, and that it alone often keeps either the true

reading or one from which the truth can be recovered without difficulty. He marked it B, and constituted his text by it. It is the same manuscript that Clement Salaman, translating the work in 2007, singles out as the most important of the early witnesses.

He did not take the rest on trust. He had the Munich manuscript sent to him and collated it afresh, recording what had escaped his predecessor. He examined the Florentine manuscript himself at Florence in 1903 and corrected the published collation. He obtained a specimen of a further copy in the British Museum, which also carries the Asclepius, and judged it of little worth. The interpolated manuscripts he set aside deliberately, keeping only what other editors had already won from them.

His edition prints the received division into forty-one chapters by which the work is cited everywhere, and beneath the text two registers of notes: the parallels to the work elsewhere, and the readings of the manuscripts.

To Thomas's text this edition adds four things: its transcription from the scan of his printing; the division of each chapter into numbered verses, so that a single clause may be pointed at and returned to; his apparatus, transcribed from the same scan and keyed to those verses; and the setting of the page.

A note from the publisher

We offer this new edition as a gift for the remembrance of the sacred in times to come. It is a great blessing that this text has come down to us with its ancient language intact, for us to consider and learn from. We hope it will help new editions and translations come forth, by the new means now emerging.

Because we hold this text to be sacred, we have divided it into verses, to invite the close and intimate study it deserves, so that more may receive the spiritual nourishment this gift from the past provides. The verses follow a standard arrangement, so that a passage may be referenced alike in the Latin and the English. We have also set out to beautify the text and make it enjoyable for reading and study.



The Orphic Church

Acknowledgements

The preservation of texts involves many hands, and many of those who are responsible for preserving this text we are not able to thank by name, for their names do not come down to us. We thank all those who have translated, compiled, preserved and published this work in the past.

We thank Paul Thomas for his work on this text, for this edition would not be possible without him.

We provide a digital parallel edition of G. R. S. Mead's English translation alongside Thomas's Latin text, and we extend our gratitude to him for this as well.

Paul Thomas, ed., *Apulei Madaurensis opera quae supersunt*, vol. III (Leipzig: B. G. Teubner, 1921).

G. R. S. Mead, trans., “The Perfect Sermon, or The Asclepius,” in *Thrice-Greatest Hermes*, vol. II (London and Benares: Theosophical Publishing Society, 1906), 307–390.

Hermetis Trismegisti Dialogus

QVI DICITVR

ASCLEPIVS

CAPVT I

‘Deus, deus te nobis, o Asclepi, ut divino sermoni interesses, [b]adduxit, [c]eoque tali, qui merito omnium antea a nobis factorum vel nobis divino numine [d]inspiratorum videatur esse religiosa pietate divinior.

2 quem si [a]intellegens videris, eris omnium bonorum tota mente plenissimus, si tamen multa sunt bona et non unum, in quo sunt omnia.

3 alterum enim alterius consentaneum esse dinoscitur, omnia [a]unius esse aut unum esse omnia; ita enim sibi est utrumque conexum, ut separari alterum [b]ab utro non possit.

4 sed de futuro sermone hoc diligenti intentione cognosces.

5 tu vero, o Asclepi, procede paululum [a]Tatque, nobis qui intersit, evoca.’

6 Quo ingresso Asclepius et [a]Hammona interesse suggessit.

7 Trismegistus ait: ‘Nulla [a]invidia Hammona prohibet [b]a nobis; etenim ad eius nomen multa meminimus a nobis esse conscripta sicuti etiam ad [c]Tat amantissimum et [d]carissimum filium multa physica [e]exoticaque quam plurima.

8 tractatum hunc autem tuo scribam [a]nomine, praeter Hammona nullum [b]vocassis alterum, ne tantae rei religiosissimus sermo multorum interventu praesentiaque violetur.

9 tractatum enim tota numinis maiestate plenissimum [a]inreligiosae mentis est multorum [b]conscientia publicare.’

10 [a]Hammone etiam adytum ingresso sanctoque illo quattuor virorum religione et divina dei conpleto praesentia, conpetenti [b]venerabiliter silentio ex ore [c]Hermu [d]animis singulorum mentibusque [e]pendentibus, divinus Cupido sic [f]est orsus dicere:

CAPVT II

‘O Asclepi, omnis humana immortalis est anima, sed non uniformiter cunctae sed aliae alio more vel tempore.’

2 ‘Non enim, o Trismegiste, omnis unius qualitatis est anima?’

3 ‘O Asclepi, ut celeriter de [a]vera(e) rationis continentia decidisti!

4 non enim hoc dixi, omnia unum esse et unum omnia, [a]utpote quae in crea-

---

1:1 [a]Deus, deus] interpunxi [b]adduxit] cf. Ὅροι Ἀσκληπίου πρὸς Ἄμμονα βασιλέα, 1 (p. 348, 18 Reitzenstein) [c]eoque] eique ed. Rom. [d]inspiratorum] (in)spiratorum (corr. m. post.) B

1:2 [a]intellegens] cf. Ὅροι Ἀσκληπίου, 3 (p. 349, 15 R)

1:3 [a]unius esse aut unum] unum pro unius, et pro aut Reitzenstein (cf. p. 37, 18—19) [b]ab utro] ab utro BM (cf. Lachmann ad Lucret. V 839): ab utroque cett.

1:5 [a]Tatque] tatque (sed pr. t eras.) B, ut coniecerat Bernays: atque cett.

1:6 [a]Hammona] Hammona Goldb.: hammonam ubique ω Ammonem ed. Rom.

1:7 [a]invidia] inludia B [b]a nobis] a// nobis (d eras.) B [c]Tat] Tat addidi ex B, qui tativ exhibet (iv in spat. 3 litt.): om. cett. [d]carissimum] carismum B [e]exoticaque] exotericaque Cumont (cf. Ménard p. 114: 'relatifs à l'enseignement exotérique') ex ethicaque Hild. fort. diexodicaque (cf. Reitzenstein, Poimandres, p. 117 et 126, n. 1)

1:8 [a]nomine] nomini F [b]vocassis] vocassis (in -es corr.) B: vocasses MG vocasset P vocas L evoca F

1:9 [a]inreligiosae] inreligiosis (corr. m. 2) B inreligiosae (ae in ras.) M [b]conscientia] conscientiae vulg.

1:10 [a]Hammone] Hammone Goldb.: hammona vel ammona codd. Ammone ed. Rom. [b]venerabiliter] venerabileter (i ss.; corr. m. 1, ut vid.) B [c]Hermu] Hermu B: ermu cett. (erm̃ G) Ἑρμοῦ Goldb. Hermis vulg. [d]animis] animi(s) (corr. m. 1, ut vid.) B [e]pendentibus] pedentibus (b ex s corr.) B [f]est] est (t in ras.) B

2:3 [a]vera(e)] verae Rohde et Kroll: vera ω

2:4 [a]utpote quae] utpote quae ed. Rom.: utpote qui ω (utpote que G) utpote quia edd. vett.

tore fuerint omnia, antequam creasset omnia?

5 nec [a]inmerito ipse dictus est omnia, cuius membra sunt omnia.

6 huius itaque, qui est unus omnia vel ipse est creator omnium, in tota hac disputatione curato [a]meminisse.

7 de caelo [a]cuncta in terram et in aquam et in aëra.

8 ignis solum, quod sursum versus fertur, vivificum, quod deorsum, ei deserviens.

9 [a]at vero quicquid de alto descendit, generans est, quod sursum [b]versus emanat, nutriens.

10 terra sola in se ipsa consistens [a]omnium est receptrix omniumque generum, quae accepit, restitutrix.

11 hoc ergo totum, sicut [a]meministi, quod est omnium vel omnia, anima et mundus a natura conprehensa [b]agitantur ita omnium multiformi imaginum [ae][c]qualitate variata, ut infinitae qualitatum ex intervallo species esse noscantur, adunatae tamen ad hoc, ut totum unum et ex uno omnia esse videantur.

CAPVT III

Totus itaque quibus formatus est mundus, elementa sunt quattuor: ignis, aqua, terra, aër.

2 mundus unus, anima una et deus unus.

3 nunc mihi adesto totus, quantum mente vales, quantum calles astutia.

4 divinitatis etenim ratio divina sensus intentione noscenda [a]torrenti simillima est fluvio e summo in pronum praecipiti rapacitate [b]currenti[s]; quo efficitur, ut intentionem nostram non solum audientium verum [c]tractantium ipsorum celeri velocitate praetereat.

5 caelum ergo, sensibilis deus, administrator est omnium corporum, quorum augmenta detrimentaque [a]sol et luna sortiti sunt.

6 caeli vero et ipsius animae et omnium, quae mundo insunt, ipse gubernator est, qui est effector, deus.

7 a supradictis enim omnibus, quorum idem gubernator [a]deus omnium, frequentatio fertur influens per mundum et per animam omnium generum et omnium specierum per rerum naturam.

8 mundus autem praeparatus est a deo receptaculum omniformium specierum; [a]natura autem per species imaginans mundum per quattuor elementa ad caelum usque perducit cuncta dei [b]visibus placitura.

CAPVT IV

Omnia autem desuper pendentia in species dividuntur hoc, quo dicturus sum, genere.

2 genera rerum omnium [a]suae species sequuntur, ut sit [[b]ita] [c]soliditas genus, species generis particula.

3 genus ergo deorum ex se deorum faciet species.

4 daemonum genus, aeque hominum, similiter volucrum et omnium, quae in se mundus habet, [a]sui[s] similes species [b]generat genus.

5 est et aliud [a]animalis genus sine anima quidem et tamen non carens sensibus, unde et beneficiis gaudet et adversis

---

2:5 [a]inmerito] cf. Ὅροι Ἀσκληπίου 19 (p. 354, 6 R)

2:6 [a]meminisse] memi(ni)sse et item infra memi(ni)sti corr. m. post. B

2:7 [a]cuncta] eunt ante cuncta addendum censet Koziol

2:9 [a]at vero] at////vero (2 litt. eras.; t ex d corr.) B [b]versus] ver//sus (una litt. eras.) B

2:10 [a]omnium] omnium (vel omne ss. m. 2) B fort. unum

2:11 [a]meministi] memi(ni)sse et item infra memi(ni)sti corr. m. post. B [b]agitantur] agitant Goldb., sed cf. c. 30 (p. 68, 15) [c]qualitate] qualitate edd. vett.: aequalitate ω

3:4 [a]torrenti] torrenti BMF: torrentis GPL [b]currenti] currenti vulg.: currentis ω (currenti// F) torrentis … fluvio … currentis def. Hild [c]tractantium] tractantum BP tractatum M

3:5 [a]sol et luna] sol////t luna (2 litt. eras.; e in ras. add. m. rec.) B

3:7 [a]deus omnium, frequentatio] deus omnium, frequentatio recte distinxit Kroll; omnium fort. delendum

3:8 [a]natura] natura δ: naturam α F [b]visibus] iussibus pro visibus Kroll, sed cf. p. 57, 19

4:2 [a]suae] suae Kroll: suas ω [b]ita] ita seclusi [c]soliditas] soliditas M: soli dita B solidata cett.

4:4 [a]sui] sui ed. Rom.: suis ω (vel a ss. m. 2 B; sui ex suis corr. P) [b]generat genus] generat genus. est et aliud distinxi

4:5 [a]animalis] animalis suspect. [b]vivescunt] vivescunt B: viviscunt cett.

minuitur atque vitiatur: omnium dico, quae in terra radicum stirpiumque incolumitate [b]vivescunt, quarum species per totam sparsae sunt terram.

6 [a]ipsud caelum plenum est deo.

7 supradicta autem genera inhabitant usque ad loca specierum, [a]quarum omnium rerum inmortales sunt species.

8 species enim pars est generis, ut homo humanitatis, quam necesse est sequi qualitatem generis sui.

9 [a]unde efficitur, ut, quamvis omnia genera inmortalia sint, species non omnes [b]inmortales.

10 divinitatis enim genus et ipsum et species inmortales sunt.

11 reliquorum genera, quorum aeternitas est [a]generis, quamvis per species occidat, nascendi fecunditate [b]servantur ideoque species mortales sunt, ut homo mortalis sit, inmortalis humanitas.

CAPVT V

Omnibus tamen generibus omnium generum species miscentur, quaedam, quae ante factae sunt, quaedam, quae de his, [a]quae factae sunt, fiunt.

2 haec itaque, quae fiunt aut ab diis aut daemonibus aut ab hominibus, sunt omnes similimae generibus suis species.

3 corpora enim inpossibile est conformari sine nutu divino; species figurari sine adiutorio daemonum, inanimalia institui et coli sine hominibus non possunt.

4 quicumque ergo daemonum a genere suo [a]defluentes in speciem fortuito coniuncti sunt [b]alicui[us] speciei generis divini, proximitate et consortio diis similes habentur.

5 quorum vero daemonum [a]species in qualitate sui generis perseverant, [b]ii amantes hominum [c]daemones nuncupantur.

6 similis est et hominum [a]ratio aut eo amplior.

7 multiformis enim variaque generis humani species et ipsa a [a]praedicta[e] desuper veniens consortio omnium aliarum specierum multas et prope omnium per necessitatem coniunctiones facit.

8 propter quod et prope deos accedit, qui se mente, qua diis iunctus est, divina religione diis iunxerit, et daemonum, qui his iunctus est.

9 humani vero, qui [a]medietate generis sui contenti sunt, et reliquae hominum species his similes erunt, quorum se generis speciebus adiunxerint.

CAPVT VI

Propter haec, o Asclepi, magnum miraculum est homo, animal adorandum atque honorandum.

2 hoc enim in naturam dei transit, quasi ipse sit deus, hoc daemonum genus novit, utpote qui cum [a]isdem se ortum esse [b]cognoscat, hoc humanae naturae partem in se ipse despicit, alterius partis divinitate confisus.

3 o [a]hominum [b]quanto est [c]natura temperata felicius!

4 diis cognata divinitate coniunctus est; partem sui, qua terrenus est, intra

---

4:6 [a]ipsud] ipsum GL

4:7 [a]quarum] quarum ex quorum corr. M quarum vix sanum; fort. quare non

4:9 [a]unde] u(n)de (corr. m. 2) B [b]inmortales] sint ante inmortales ss. m. 2 B, fort. recte

4:11 [a]generis, quamvis] generis vis (ut ss.; corr. m. 2) B [b]servantur] servantur s: servatur cett.

5:1 [a]quae factae sunt] quae factae sunt G: quae om. cett. (sed ss. m. 2 B)

5:4 [a]defluentes] defluentes G: defluens cett. [b]alicui] alicui Kroll, qui et distinctionem correxit: alicuius ω

5:5 [a]species in qualitate] *species in qualitate* Kroll: *species sunt qualitate* ω [b]ii] ii scripsi: hii B hi cett. [c]daemones] daemones vulg.; *oportuit saltem* daemonas

5:6 [a]ratio] ratio BM: rationem *vel* ratione cett.; *hoc vocab., quod inter hominum et daemones* (v. 7—8) *legitur, huc transposui*

5:7 [a]praedicta] praedicta Kroll: praedictae ω (praedicto L)

5:9 [a]medietate] medietate// (*m* eras.) B

6:2 [a]isdem] hisdem B *et al. plerique* [b]cognoscat] cognoscat (*i* ss.; corr. m. fort. 1) B

6:3 [a]hominum] homines (*i* ss.; corr. m. fort. 1) B hominum ex omnium corr. m. 1 M [b]quanto] quanta BM [c]natura] natura B

6:4 [a]cf. Poem. 12, 20 (p. 111, 9 Parthey) [b]verba *suspicit caelum* ante *colit terram* (v. 3) transponenda censeo

se despicit; cetera omnia, quibus se necessarium esse caelesti dispositione cognoscit, nexu secum caritatis adstringit, [a]suspicit caelum.

5 sic ergo feliciore loco medietatis est positus, ut, quae infra se sunt, diligat, ipse a se superioribus diligatur.

6 colit terram, elementis [a]velocitate miscetur, acumine mentis [b]in maris profunda descendit.

7 omnia illi [a]licent, non [c]caelum videtur altissimum; quasi e proximo enim animi sagacitate [d]metitur.

8 intentionem [a]animi eius nulla aëris caligo confundit, non densitas terrae operam eius [b]inpedit, non aquae altitudo profunda despectum eius obtundit.

9 omnia idem est et ubique idem est.

10 horum omnium generum, quae sunt animalia, desuper deorsum radices pervenientes habent, inanimalium autem de imo in superna viva radice silvescunt.

11 quaedam autem duplicibus aluntur alimentis, quaedam simplicibus.

12 alimenta autem sunt bina, animi et corporis, e quibus animalia constant.

13 anima mundi inquieta semper agitatione nutritur.

14 corpora ex aqua et terra, inferioris mundi alimentis, augescunt.

15 spiritus, quo plena sunt omnia, permixtus cunctis cuncta vivificat sensu addito ad hominis intellegentiam, quae quinta pars [a]sola homini concessa est [b]ex aethere.

16 sed de animalibus cunctis humanos tantum sensus ad divinae rationis intellegentiam exornat, erigit atque [a]sustollit.

17 sed quoniam de sensu commoneor dicere, paulo post et huius rationem vobis exponam.

18 est enim sanctissima et magna et non minor quam ea, quae est divinitatis ipsius.

19 sed nunc vobis expediam, quae coeperam.

CAPVT VII

Dicebam enim in ipso initio rerum de coniunctione deorum, qua homines soli eorum dignatione perfruuntur, quicumque [b]etenim hominum tantum felicitatis adepti sunt, ut illum intellegentiae divinum perciperent sensum, qui sensus est divinior in solo deo et in humana intellegentia.'

2 'Non enim omnium hominum, o Trismegiste, uniformis est [a]sensus?'

3 'Non omnes, o Asclepi, [a]intellegentiam veram adepti sunt, sed imaginem temerario inpetu nulla vera inspecta ratione sequentes decipiuntur, quae in mentibus [b]malitiam parit et transformat optimum animal in naturam ferae moresque beluarum.

4 [a]de sensu autem et de omnibus similibus, quando et de spiritu, tunc totam vobis praestabo rationem.

5 solum enim animal homo [a]duplex est; et eius una pars simplex, quae, ut Graeci aiunt, [b]οὐσιώδης, quam vocamus divinae similitudinis formam; est autem quadruplex, quod [c]ὑλικὸν Graeci, nos mundanum dicimus, [d]e quo factum est corpus, quo circumtegitur illud, quod in homine divinum esse iam diximus, in quo mentis divinitas tecta sola cum cognatis suis, id est

---

6:6 [a]velocitate] velocitate (vel *vicinitate* ss. m. 2) B [b]in maris] *in maris* F: *in* om. cett.

6:7 [a]cf. Poem. 10, 25 (p. 84, 7 P); 11, 19 (p. 96, 6 P) [b]licent] licent (vel *lu* ss. m. 2) B [c]caelum] post *caelum* spat. 3 vel 4 litt. vac. relict. B [d]metitur] mentitur B

6:8 [a]animi] *animi* male repetitum linea infer notat. B [b]inpedit] inpedit F: inpediet cett. (sed *e* exp. B)

6:15 [a]sola] sola (*i* ss., corr. m. 2, i.e. → *soli*) B *soli* G [b]ex aethere] *ex*: "ex ex" & corr. B [c]cf. Poem. 4, 2 (p. 35, 1 P); 8, 5 (p. 59, 1 P); 12, 12 (p. 106, 9 P)

6:16 [a]sustollit] sustollet (corr. m. 2) B

7:1 [a]cf. Poem. 4, 3 (p. 35, 6 P); 9, 5 (p. 63, 6 P) [b]etenim] *etenim* pro *quidem* vel *scilicet* (δή) positum opinor

7:2 [a]cf. Poem. 1, 22 (p. 12, 13 P) = Ποιμ. 22 (p. 335, 6 Reitz.); 4, 3 (p. 35, 6 P)

7:3 [a]cf. Poem. 4, 4—5 (p. 36, 6 P) [b]malitiam] mali(ti)am (corr. m. 1, ut vid.) B

7:4 [a]de sensu] des//ensu (*c* eras.) B

7:5 [a]cf. Poem. 1, 15 (p. 7, 13 P) = Ποιμ. 15 (p. 332, 8 R) [b]οὐσιώδης] OYCIΩΔHC recte B solus [c]ὑλικὸν] ΥΛΙΚΟΝ recte B solus [d]e quo] equo (*x* ss. m. 2, → *ex quo*) B

mentis purae sensibus, secum ipsa conquiescat tamquam muro corporis saepta.'

6 'Quid ergo oportuit, o Trismegiste, hominem in mundo constitui et non in ea parte, qua deus est, eum in summa beatitudine [a]degere?'

7 'Recte quaeris, o Asclepi.

8 et nos enim deum rogamus, [a]tribuat nobis facultatem reddendae rationis istius.

9 cum enim omnia ex eius voluntate dependeant, tum illa vel [a]maxime, quae de tota summitate tractantur, quam rationem praesenti disputatione conquirimus.

CAPVT VIII

Audi ergo, Asclepi.

2 dominus et omnium [a]conformator, quem recte dicimus deum, quo⟨niam⟩ a se secundum fecerit, [b]qui videri et sentiri possit — eundem secundum sensibilem [c]ita] dixerim non ideo, quod ipse sentiat (de hoc enim, an ipse sentiat an non, alio dicemus tempore), sed eo, [d]quoniam videntium sensus incurrit — quoniam ergo hunc [e]fecit ex se primum et a se secundum visusque [f]ei pulcher, utpote qui sit omnium bonitate plenissimus, amavit eum ut divinitatis [g]partum suae.

3 ergo, ut tantus et bonus, [a]esse[t] voluit alium, qui illum, quem ex se fecerat, intueri potuisset, simulque et rationis imitatorem et diligentiae [b]facit hominem.

4 [a]voluntas etenim [b]dei ipsa est summa perfectio, utpote cum voluisse et perfecisse uno eodemque temporis puncto conpleat.

5 cum itaque eum [a]οὐσιώδη ⟨[b]creasset⟩ et animadverteret eum non posse omnium rerum esse diligentem, nisi eum mundano integimento contegeret, texit eum corporea domo talesque [c]omnes esse praecepit ex utraque natura in unum confundens miscensque, quantum satis esse debuisset.

6 itaque hominem conformat ex animi et corporis id est ex aeterna atque mortali natura, ut animal ita conformatum utraeque [a]origini suae satisfacere possit, et mirari atque ⟨ad⟩orare [b]caelestia et incolere atque gubernare terrena.

7 modo a[a]utem dico [b]mortalia non aquam et terram, quae duo de quattuor elementis subiecit natura hominibus, sed ea, quae ab hominibus aut in his aut de his fiunt, [a]ut ipsius terrae cultus, pascuae, aedificatio, portus, navigationes, communicationes, commodationes alternae, qui est humanitatis inter se firmissimus nexus et mundi partis, quae est [c]aquae et terrae; quae pars terrena mundi artium disciplinarumque cognitione atque [d]usu servatur, sine quibus mundum deus noluit esse perfectum.

8 [a]placitum [b]enim dei necessitas [c]sequitur, voluntatem comitatur effectus.

7:6 [a]degere] degerem B

7:8 [a]tribuat] *ut* ante *tribuat* ss. m. 2 B

7:9 [a]maxime] maxime G et vulg.: maxima cett. (vel *e* ss. m. 2 B)

8:2 [a]Lactant. inst. div. IV 6; cf. August. tract. advers. V haereses c 3. — cf. Poem. 1, 8—12 (p. 4, 14 — p. 6, 7 P) = Ποιμ. 8—12 (p. 330, 9 — p. 331, 11 R) [b]qui videri et sentiri] *qui videri et sentiri* Gδ: *qui viderit et viderten* (sic, spat. unius vel 2 litt. vac. relicto) *possit* B *qui viderit et videre//* (*t* eras.) *possit* M ὁρατὸν καὶ αἰσθητόν Hermes ap. Lactant. [c]ita] *ita* seclus. Kroll [d]quoniam] quoniam Goldb.: quo (quō = quoniam) ω [e]fecit] fecit F [f]ei] *est* ante *ei* add. F [g]partum] partum (cf. τόκον ap. Lact.) Kroll: partem ω

8:3 [a]esse] esse Kroll, qui et recte distinxit: esset ω [b]facit] facit B

8:4 [a]cf. Poem. 10, 2 (p. 68, 3 P) [b]dei ipsa] dei ipsa F: de ipsa cett. (*de* exp. B)

8:5 [a]οὐσιώδη] OYCIΩΔH recte B solus [b]creasset] creasset add. Koziol [c]omnes] *homines* post *omnes* addendum censet Rohde

8:6 [a]origini] origini L: origenis (*i* ex *e* corr. m. post.) B origini// M originis F originis GP [b]Lactant. inst. div. VII 13

8:7 [a]ut] *ut* edd. vett.: aut ω (sed *a* exp. B) [b]mortalia] mortalia B [c]aquae et terrae] aqua et terra F [d]usu] usum B

8:8 [a]placitum] placitum G et vulg.: placitę// (ę ex corr. antiq. m. in ras. 2 litt.; vel *tum* ss. m. 2) B placite cett. (placita P[2]) [b]enim] *enim* (*e* rescript.) B [c]sequitur] sequimur (*t* ss.; corr. m. 2) B

8:9 [a]credibile] credibili B

9 neque enim [a]credibile est deo displiciturum esse, quod placuit, cum et futurum id et placiturum multo ante sciverit.

CAPVT IX

Sed, o Asclepi, [a]animadverto, ut celeri mentis cupiditate festines audire, quomodo homo caeli vel quae in eo sunt dilectum possit habere vel cultum.

2 [a]audi itaque, o Asclepi.

3 [a]dilectus [b]dei caeli cum his, quae insunt, omnibus una est obsequiorum frequentatio.

4 hanc aliud animal non [a]fecit nec divinorum nec [b]mortalium nisi solus homo.

5 hominum enim admirationibus, adorationibus, laudibus, [a]obsequiis caelum caelestesque delectantur.

6 nec inmerito in hominum coetum Musarum chorus est a summa divinitate [a]demissus, scilicet ne terrenus mundus videretur incultior, si modorum dulcedine caruisset, sed potius ut musicatis hominum cantilenis concelebraretur [b]laudibus, qui solus omnia aut pater est omnium, atque ita caelestibus laudibus nec in terris harmoniae suavitas defuisset.

7 aliqui [a]ergo ipsique paucissimi pura mente praediti sortiti sunt caeli suspiciendi venerabilem curam.

8 quicumque autem ex duplici naturae suae confusione ⟨in⟩ [a]inferiorem [b]intellegentiam mole corporis [c]resederunt, curandis elementis hisque inferioribus sunt praepositi.

9 animal ergo homo, [a]non quo dis eo minor, quod ex parte mortalis sit, sed eo [c]forte aptius efficaciusque conpositus ad certam rationem mortalitate auctus esse videatur.

10 scilicet quoniam utrumque nisi ex utraque materia sustinere non potuisset, ex utraque formatus est, ut et terrenum cultum et divinitatis posset habere dilectum.

CAPVT X

Rationem vero tractatus istius, o Asclepi, non solum sagaci [a]intentione verum etiam cupio te animi vivacitate percipere.

2 est enim ratio [a]plurimis incredibilis, integra autem et vera percipienda sanctioribus mentibus.

3 itaque hinc exordiar.

4 [a]aeternitatis dominus deus primus est, secundus est mundus, homo est tertius.

5 effector mundi deus et eorum, quae insunt, omnium, simul cuncta gubernando cum homine ipso, [a]gubernatore conpositi.

6 quod totum suscipiens homo, id est [a]curam propriam diligentiae suae, efficit, ut sit ipse et mundus uterque ornamento sibi, ut ex hac [b]hominis divina conpositione mundus Graece rectius [c]κόσμος dictus esse videatur.

9:1 [a]animadverto] anim//adverto (*a* eras.) B

9:2 [a]audi itaque] auditaque (*i* ss. m. 2) B

9:3 [a]dilectus] delectus B [b]dei caeli] *et* ante *caeli* ss. m. 2 B, quod recepit Vulc. *dei* seclus. Koziol

9:4 [a]fecit] fecit (*a* ss.; corr. m. 1, ut vid.) B [b]mortalium] mortalium Kroll: animalium ω

9:5 [a]obsequiis] obsequis B

9:6 [a]demissus] dimisus B dimissus M [b]laudibus] ⟨et⟩ laudibus ed. Rom. laudibus⟨que⟩ Goldb. *laudibus* fort. delendum

9:7 [a]ergo ipsique] *ergo ipsique* scripsi: ipsique ergo ω (sed cum traiect. sign. B)

9:8 [a]inferiorem] ⟨in⟩ inferiorem Koziol: interiorem ω [b]intellegentiam] intellegentiam (*gent* in ras.) B [c]resederunt] reciderunt pro resederunt Koziol, sed nihil mutandum

9:9 [a]non quo dis] cf. Poem. 10, 24 (p. 84, 3 P) [b]non quo dis] *non quo dis* B: *non quod is* Gδ *non quod//is* M *non quidem is* edd. nonn. [c]forte] forie pro forte B

10:1 [a]intentione] inten(t)ione (corr. m. post.) B

10:2 [a]plurimis incredibilis] cf. Poem. 9, 10 (p. 66, 11 P)

10:4 [a]aeternitatis dominus deus] cf. Poem. 8, 2 et 5 (p. 57, 1 et p. 58, 17 P); 9, 8 (p. 65, 2 P); 10, 10 (p. 73, 18 P). 12 (p. 75, 2 P). 14 (p. 78, 6 P). 22 (p. 82, 5). Stob. Ekl. I 41, 1 (t. I, p. 275, 3 Wachsm.)

10:5 [a]gubernatore conpositi] *in homine ipso gubernatorem conposuit* ex PL proposuit Kroll, sed cum *effector mundi deus* (v. 16) subaud. est

10:6 [a]curam propriam diligentiae suae] *homo id* [*est*] *curam p. d. s. efficit, ut* Kroll [b]hominis] hominis ed. Rom.: omnis ω [c]κόσμος] κόσμος edd.: KOCMOC ω (KOSMOS F)

10:7 [a]sit] sint M [b]secundam] secundam G: secundum cett. [c]imagines duae] cf. Poem. 5, 2 (p. 42, 10 P); 8, 2 (p.

7 is novit se, novit et mundum, scilicet ut meminerit, quid partibus conveniat suis, quae sibi utenda, quibus sibi inserviendum [a]sit, recognoscat, laudes gratesque maximas agens deo, eius imaginem venerans, non ignarus se etiam [b]secundam esse imaginem dei, cuius sunt [c]imagines duae mundus et homo.

8 unde efficitur, ut, quoniam est ipsius una conpago, parte, [a]qua ex anima et sensu, spiritu atque ratione divinus est, velut ex elementis superioribus [b]inscendere posse videatur in caelum, parte vero mundana, quae constat ex igne, [d]aqua et aëre, mortalis resistat in terra, ne curae omnia [e]suae mandata vidua desertaque dimittat.

9 sic enim humanitas ex parte [a]divina, ex alia parte effecta mortalis est in corpore consistens.

CAPVT XI

Est autem mensura eius [a]utriusque, id est hominis, ante [b]omnis religio, quam sequitur bonitas.

2 ea demum tunc videtur esse perfecta, si contra cupiditatem alienarum omnium rerum sit despectus virtute munita.

3 [a]sunt ab omnibus cognationis divinae partibus aliena omnia, quaecumque terrena corporali cupiditate possidentur; quae merito possessionum nomine nuncupantur, quoniam non nata nobiscum, sed postea a nobis possideri coeperunt: [c]idcirco etiam possessionum nomine nuncupantur.

4 omnia ergo huiusmodi ab homine aliena sunt, etiam corpus, ut [a]et ea, quae adpetimus, et illud, ex quo adpetentiae nobis [b]est vitium, despiciamus.

5 ut enim meum animum rationis [a]ducit intentio, homo hactenus esse debuit, ut contemplatione divinitatis partem, quae sibi iuncta mortalis est mundi [b]inferioris [c]necessitate servandi, despiciat atque contemnat.

6 nam ut homo ex utraque parte possit esse plenissimus, quaternis eum utriusque partis elementis animadverte esse formatum, manibus et pedibus utrisque binis aliisque corporis membris, quibus inferiori, id est terreno, mundo deserviat, illis vero partibus [a]quattuor animi, sensus, [b]memoriae atque providentiae, quarum ratione cuncta divina norit atque suspiciat.

7 unde efficitur, ut rerum diversitates, qualitates, [a]effectus, quantitates suspiciosa indagatione sectetur, retardatus vero gravi et nimio corporis vitio has naturae rerum causas, quae verae sunt, [b]proprie pervidere non [c]possit.

8 [a]hunc ergo sic effectum [b]conformatumque et tali ministerio obsequioque praepositum a summo deo, eumque [[c]conpetenter] munde mundum servando, deum pie colendo, digne et conpetenter in utroque dei [d]voluntati parentem, talem quo munere credis esse munerandum — [e]siquidem, cum dei opera sit [f]mundus, eius pulchri-

---

57, 2 P). 5 (p. 58, 17 P); 12, 15 (p. 108, 12 P). 16 (p. 109, 2 P)

10:8 [a]qua] quae B [b]inscendere] cf. Poem. 10, 25 (p. 84, 9 P) [c]inscendere] inscendere (vel *a* ss. m. 2) B ascendere F [d]aqua] et aqua Gδ [e]suae mandata] sua emendata (vel *e* et *cō*, ut sit *suae commendata*, ss. m. 2) B

10:9 [a]divina] diu(i)na (corr. m. 1, ut vid.) B

11:1 [a]utriusque] uiriusque B [b]omnis] omnis ⟨res⟩ Koziol, sed cf. p. 76, 10

11:3 [a]sunt] sint pro sunt MG [b]sunt] *enim* post *sunt* add. δ; malim autem [c]idcirco etiam possessionum nomine nuncupantur] *idcirco — nuncupantur*: 'haec enuntiatio … plane superflua, ne dicam molesta est' Hildebrand

11:4 [a]et ea, quae] et (e)aquae (*e* ss. m. 2) B [b]est] et pro est B

11:5 [a]ducit] ducti pro ducit BM [b]inferioris] inferioris Koziol, qui et recte sententiam distinxit: interioris ω [c]necessitate] necessitate// (*s* eras. in fine vers.) B

11:6 [a]quattuor] quatiuor B [b]memoriae] post *memoriae* spat. 3 fere litt. in fine vers. vac. relict. B

11:7 [a]effectus] post *effectus* spat. 3 fere litt. in fine vers. vac. relict. B [b]proprie] propriae B [c]possit] possit GL[1]: possunt cett.

11:8 [a]hunc ergo] cf. Poem. 10, 19 (p. 79, 14 P) [b]conformatumque] formatumque MG [c]conpetenter] conpetenter secl. Kroll, qui etiam *eumque* delere vult [d]voluntati] volu(n)tati (*v* ex *li* per ras.; *n* add. m. 2) B [e]siquidem] parent (sic) super *siquidem* scr. m. fort. 2 B [f]mundus] mundus GL: mundum cett. (sed *m* exp. et *s* ss. m. 1, ut vid. B) [g]conplacitum] conplati(t)um (*t* add. m. 2) B [h]absolutos] absolutos ex obsolutos corr. m. post. B [i]parti] parti Kroll: partis ω

tudinem qui diligentia servat atque auget, operam suam cum dei voluntate coniungit, cum speciem, quam ille divina intentione formavit, adminiculo sui corporis diurno opere curaque conponit — nisi eo, quo parentes nostri munerati sunt, quo etiam nos quoque munerari, si foret divinae pietati [g]conplacitum, optamus piissimis votis, id est ut emeritos atque exutos mundana custodia, nexibus mortalitatis [h]absolutos, naturae superioris [i]parti[s], id est divinae, puros sanctosque restituat?'

CAPVT XII

'Iuste et vere dicis, o Trismegiste.

2 haec est enim merces pie sub deo, diligenter cum mundo viventibus.

3 [a]secus enim inpieque qui vixerint, et reditus denegatur in caelum et constituitur in corpora alia indigna animo sancto et foeda migratio.

4 ut iste rationis sermo processit, o Trismegiste, futurae aeternitatis spe [a]animae in mundana vita periclitantur; sed aliis incredibile, aliis fabulosum, aliis [b]forsitan videatur esse deridendum.

5 res enim dulcis est in hac corporali vita, qui capitur de possessionibus fructus.

6 [a]quare animam obtorto, ut aiunt, detinet collo, ut in parte sui, qua mortalis est, inhaereat, nec sinit partem divinitatis agnoscere invidens inmortalitati malignitas.

7 [a]ego enim tibi quasi praedivinans dixero nullum post nos habiturum dilectum simplicem, qui est philosophiae, quae sola est in cognoscenda divinitate frequens obtutus et sancta religio.

8 multi etenim [a]et eam multifaria ratione confundunt.

9 quomodo ergo multi inconprehensibilem philosophiam [a]efficiunt aut quemadmodum eam multifaria ratione confundunt?'

CAPVT XIII

'O Asclepi, hoc modo: in varias disciplinas nec conprehensibiles eam callida commentatione miscentes, [a]ἀριθμητικήν et musicen et geometriam.

2 puram autem philosophiam eamque [a]⟨e⟩ divina tantum religione pendentem tantum intendere in reliquas [b]oportebit, ut apocatastasis astrorum, stationes praefinitas cursumque commutationis numeris constare miretur; terrae vero dimensiones, [c]qualitates, quantitates, maris profunda, ignis vim et horum omnium effectus naturamque cognoscens miretur, adoret atque conlaudet artem [d]mentemque divinam.

3 musicen vero nosse nihil aliud [a]est, nisi cunctarum [b][omnium] rerum ordinem scire quaeque sit divina ratio sortita: ordo enim rerum singularum in unum [c]omnium artifici ratione [f]conlatus concentum quendam melo divino dulcissimum verissimumque conficiet.

4 qui ergo homines post nos erunt,

CAPVT XIV

Sophistarum [a]calliditate decepti a [b]vera, [c]pura sanctaque philosophia avertentur.

12:1 [a]Iuste] quae in hoc capite leguntur inter personas sic fere mihi distribuenda videntur: A. Iuste — o Trismegiste. Tr. Haec est enim — migratio. A. Ut iste — malignitas. Tr. Ego enim — confundunt. A. Quomodo ergo — confundunt? cuius distributionis aliquot vestigia in G et al. extant

12:3 [a]secus] cf. Poem. 10, 8 (p. 72, 5—8 P). 19 (p. 80, 1 P) [ubi tamen negat Hermes in bruti animalis corpus animam humanam cadere]. 20 (p. 81, 3 P)

12:4 [a]animae] animeae B [b]forsitan] forsitam B

12:6 [a]quare] quae res B

12:7 [a]ego] ego GL: ergo cett. (sed r exp. B et eras. M)

12:8 [a]et eam] et ante eam om. G [b]eam] eam GL: ea cett.

12:9 [a]efficiunt] efficiunt B: afficiunt cett.

13:1 [a]ἀριθμητικήν] ἀριθμητικήν scripsi: APIOMETIKHN B APIΘMETIKHN M ARITMeTIKeN F arimethicen G arithmeticen vulg.

13:2 [a]⟨e⟩] e addidi [b]oportebit] oporterit BM (oportuerit M²) [c]qualitates] qualitates ex qualitatis corr. m. 2 B [d]mentemque] mentemque (-em in ras.) B

13:3 [a]est] est edd. vett.: esse ω [b][omnium]] omnium om. G, quod prob. Rohde [c]omnium] sonum pro omnium Kroll [d]quaeque sit divina] quaque sit divine M [e]singularum] singularium B [f]conlatus] conlatus ed. Rom.: conlata ω fort. conlatarum

2 simplici enim mente et anima divinitatem colere eiusque facta venerari, agere etiam dei [a]voluntati gratias, quae est bonitatis sola plenissima, haec est [b]nulla animi inportuna curiositate [c]violata philosophia.
3 et de his sit hucusque tractatus.
4 de spiritu vero et de his similibus hinc [a]sumatur exordium.
5 fuit deus et [a]ὕλη, quem Graece credimus mundum, et mundo comitabatur spiritus vel inerat mundo spiritus, sed non similiter ut deo nec deo haec, de quibus mundus.
6 idcirco non erant, [a]qu⟨i⟩a n⟨a⟩ta non erant, sed in eo iam tunc erant, unde nasci habuerunt.
7 non enim ea sola non nata dicuntur, quae necdum nata sunt, sed ea, quae carent fecunditate generandi, ita ut ex his nihil nasci possit.
8 quaecumque ergo sunt, quibus inest natura generandi, haec et generabilia sunt, de quibus nasci potest, tametsi ea ex se nata sunt.
9 neque enim dubitatur ex his, quae ex se [a]nata sunt, facile nasci posse, de quibus cuncta nascuntur.
10 deus ergo [a]sempiternus, deus aeternus nec nasci potest nec potuit: [b]hoc est, hoc fuit, [c]hoc erit semper.
11 haec ergo est, quae ex se tota est, natura dei.
12 [a]ὕλη autem vel mundi natura [b]et spiritus, quamvis nata non videantur a principio, tamen in se nascendi procreandique vim possident atque [c]naturam.
13 fecunditatis etenim initium in qualitate naturae est, quae et conceptus et partus in se possidet vim atque materiam.

CAPVT XV

1 Haec itaque sine alieno conceptu est sola generabilis.
2 at vero ea, quae vim solam concipiendi habent ex alterius commixtione naturae, ita discernenda sunt, ut hic locus mundi cum his, quae in se sunt, [a]videatur esse non natus, qui utique in se vim [b]totius naturae habet.
3 locum autem dico, in quo sint omnia.
4 neque enim haec omnia esse potuissent, si locus deesset, [a]qui omnia sustinere potuisset.
5 omnibus enim rebus, quae [a]fuerint, praecavendum est loco.
6 nec qualitates etenim nec quantitates nec positiones nec effectus dinosci potuissent earum rerum, quae nusquam sunt.
7 sic ergo et mundus, quamvis natus non sit, in se tamen omnium naturas habet, utpote qui [a]his omnibus ad [b]concipiendum fecundissimos sinus praestet.
8 hoc est ergo totum qualitatis materiae, quae creabilis est, tametsi creata non est.
9 sicuti enim in natura materiae qualitas fecunda est, sic et malignitatis eadem est [a]aeque fecunda.

CAPVT XVI

1 Ne⟨c⟩ [b]e[r]go dixi, o Asclepi et Hammon, quod a multis dicitur: non poterat deus incidere atque avertere a rerum natura malitiam?

14:1 [a]calliditate decepti] calliditate decepti ex calliditatem cepti corr. m. 1 B [b]vera] vera//// (2 litt. eras. in fine vers.) B [c]pura] pura om. BM

14:2 [a]voluntati] voluntati (i in ras.) B [b]nulla] nulla GL: nulli cett. [c]violata] violenta BM

14:4 [a]sumatur] summatur B

14:5 [a]ὕλη] ὕλη edd.: yle ω (hyle B)

14:6 [a]qu⟨i⟩a n⟨a⟩ta] quia nata scripsi: quanta BMP quando GLF quando nata edd. vett.

14:9 [a]nata] nata ex nati corr. m. 1 B nati M

14:10 [a]sempiternus] sempiternum (s ss. m. fort. 1) B [b]hoc] hic pro hoc (ter) edd. vett. [c]hoc erit] hoc//erit (s vel f eras.) B

14:12 [a]ὕλη] ΥΛΗ recte B solus [b]et spiritus] et spiritus ed. Rom.: est spiritus ω (sed est exp. et et ss. m. fort. 1 B) [c]naturam] post naturam distinxi (vulg. naturam fecunditatis)

15:2 [a]videatur] videantur B [b]totius] tot(i)us (corr. m. 1) B

15:4 [a]qui] quo B qui ex quo corr. M

15:5 [a]fuerint] fuerint (sed u ss. m. fort. 1) B: fuerunt cett.

15:7 [a]his] hiis (sed h eras.) M iis vulg. [b]concipiendum] conspiciendum BM

15:9 [a]aeque] eaque pro aeque B

16:1 [a]ne⟨c⟩] nec ed. Rom.: ne ω [b]e[r]go] ego edd. vett.: ergo ω

2 quibus respondendum nihil omnino est; vestri tamen causa et haec [a]prosequar, quae coeperam, et rationem reddam.
3 dicunt enim ipsi deum debuisse omnifariam mundum a malitia [a]liberare; ita enim in mundo est, ut quasi membrum ipsius esse videatur.
4 provisum cautumque est, quantum rationabiliter potuisset a summo deo, tunc, cum sensu, disciplina, intellegentia mentes hominum est munerare dignatus.
5 hisce enim rebus, quibus ceteris [a]antistamus animalibus, [b]solis possumus malitiae fraudes, dolos vitiaque vitare.
6 ea enim qui, antequam [a]his inplicitus est, ex aspectu [b]vitarit, is homo est divina intellegentia prudentiaque munitus; fundamentum est enim disciplinae in summa bonitate consistens.
7 spiritu autem ministrantur omnia et vegetantur in mundo, [a]qui quasi organum vel machina summi dei voluntati subiectus est.
8 itaque [a]⟨haec⟩ hactenus a nobis [b]intellegantur.
9 mente sola intellegibilis, summus qui dicitur deus, rector gubernatorque est sensibilis dei eius, qui in se circumplectitur [a]omnem locum, omnem rerum substantiam totamque gignentium creantiumque materiam et omne quicquid est, quantumcumque est.

CAPVT XVII

Spiritu vero [a]agitantur sive gubernantur omnes in mundo species, unaquaeque secundum naturam suam a deo [b]distributam sibi.
2 [a]ὕλη autem vel mundus omnium est receptaculum omniumque agitatio atque frequentatio, quorum deus [b]gubernator, dispensans [c]omnibus rebus mundanis, quantum unicuique necessarium.
3 † [a]sed spiritu vero inplet omnia, [b]ut cuiusque naturae qualitas est, [c]inhalata.
4 est enim cava mundi rotunditas in modum sphaerae ipsa sibi qualitatis vel formae suae causa invisibilis tota, quippe cum quemcumque in ea summum subter despiciendi causa delegeris locum, ex eo, in imo quid sit, videre non possis.
5 propter quod multis [a]loci[s] instar qualitatemque habere creditur.
6 [a]per formas enim solas specierum, quarum imaginibus videtur [b]insculpta, quasi visibilis creditur, cum depicta monstratur; re autem vera est sibi ipsi invisibilis semper.
7 ex quo eius imum † [a]vel pars si locus est in sphaera, Graece [b]Ἀιδης dicitur, siquidem [c]ἰδεῖν Graece videre [d]dicatur, [e]quo⟨d⟩ visu imum sphaerae careat.

16:2 [a]prosequar] fort. persequar

16:3 [a]liberare] liberaret (sed t del.) B

16:5 [a]antistamus] antestamus ω [b]solis] solis B

16:6 [a]his] iis pro his ed. Rom. [b]vitarit] vitarit: uttarit (corr. m. 2) B uttantis pro vitarit is M

16:7 [a]qui] qui om. BMP (aër in marg. adscr. m. 2 B)

16:8 [a]⟨haec⟩] haec addidi et post intellegantur interpunxi [b]intellegantur] intellegantur BMPF (sed n exp. B): intelligatur GL (ex intelligitur corr.) hactenus a. n. intellegatur m. s. i. s. q. d. deus, ⟨quod⟩ rector cett. Kroll

16:9 [a]omnem] omnem B

17:1 [a]a] om. BMP (sed add. m. 2 B) [b]distributam] disiributam (sed t ex i corr. m. post.) B

17:2 [a]ὕλη] ΥΛΗ recte B solus [b]gubernator] post gubernator (subaud. est; cf. p. 45, 16) interpunxi [c]omnibus rebus mundanis] omnibus rebus mundanis quantum Hild.: omnibus quantum rebus mundanis ω (omnibus rebus humanis quantum F et vulg.)

17:3 [a]sed] sed (vel est ss. m. 2) B sed om. GF [b]ut] aut pro ut BM (sed a exp. B) [c]inhalata] inhalata Goldb.: inaltata BM inalata F om. GPL

17:5 [a]loci] loci scripsi (cf. p. 50, 11 sqq.; p. 68, 19): locis ω

17:6 [a]per formas enim] per enim formas BMP (sed cum traiect. sign. B) [b]insculpta] inscalpta B

17:7 [a]vel pars] vel pars (par M) si locus est ω; post pars lacunam signif. Goldb.; pars ⟨infera⟩ Koziol fort. ex quo eius imum [vel pars], ⟨imo⟩ si locus est in sphaera [b]Ἀιδης] Ἀιδης edd.: ΑΔΗC B ‖ alia alii [c]ἰδεῖν] ΙΔΕΙΝ recte B [d]dicatur] dicatur (i ss. m. 2) B [e]quo⟨d⟩ visu] quod visu scripsi: quo visu ω.

8 unde et [a]ideae dicuntur species, [b]quod sint [c]visibiles formae.
9 ab eo itaque, quod visu priventur, Graece [α]Ἀιδης, ab eo, quod in imo sphaerae sint, Latine inferi nuncupantur.
10 haec ergo sunt principalia et antiquiora et quasi capita vel initia omnium, quae sunt in his aut per haec aut de his.'

CAPVT XVIII

'Omnia [a]haec ergo ipsa, [b]ut dicis, [c]quae sunt, o Trismegiste?'
2 'Mundana, ut ita dixerim, specierum omnium, quae [a]insunt, uniuscuiusque, sicuti est, tota substantia.
3 mundus itaque nutrit corpora, [a]animas spiritus.
4 [a]sensus autem, quo dono caelesti sola felix sit human[b]itas — neque enim omnes sed pauci, quorum ita mens est, ut [c]tanti [d]beneficii capax esse possit; ut enim sole mundus, ita mens humana isto clarescit lumine et eo amplius; nam sol quicquid inluminat, aliquando terrae [e]et lunae interiectu [f]interveniente nocte eius [g]privatur lumine — sensus autem cum semel fuerit animae commixtus [h]humanae, fit una ex bene coalescente commixtione materia, ita ut numquam huiusmodi mentes caliginum inpediantur erroribus.
5 unde [a]iuste [b]sensum deorum animam esse dixerunt.
6 ego vero nec eorum dico omnium sed magnorum quorumque et principalium.'

CAPVT XIX

'Quos dicis vel rerum capita vel [a]initia primordiorum, o Trismegiste?'
2 'Magna tibi pando et divina nudo mysteria, cuius rei initium facio exoptato favore caelesti.
3 deorum genera multa sunt eorumque omnium pars intellegibilis, [a]alia vero sensibilis.
4 [a]intellegibiles dicuntur non ideo, quod putentur non subiacere sensibus nostris; magis enim [b]ipsos sentimus quam eos, quos visibiles nuncupamus, sicuti disputatio perdocebit et tu, si intendas, poteris pervidere.
5 sublimis etenim ratio eoque divinior ultra hominum mentes intentionesque consistens, si non attentiore aurium obsequio verba [a]loquentis [b]acceperis, transvolabit et transfluet aut magis refluet suique se [c]fontis liquoribus [d]miscebit.
6 sunt ergo omnium specierum principes dii.
7 hos [a]consecuntur dii, quorum est princeps [b]οὐσία.
8 hi sensibiles, [a]utriusque originis consimiles suae, qui per sensibilem naturam conficiunt omnia, [b]alter per alterum, unusquisque opus suum inluminans.
9 caeli vel quicquid est, quod eo nomine [a]conprehenditur, [b]οὐσιάρχης est Iuppi-

---

17:8 [a]ideae] ideae M: ideo cett. (ideo ae ss. m. 2 B) ἰδέαι edd. [b]quod] quod ed. Rom.: quo ω (d add. m. 2 B) [c]visibiles] visibilis δ

17:9 [α]Ἀιδης] ΑΔΗC recte B

18:1 [a]haec] haec om. Gδ. [b]ut] aut pro ut BM (sed a exp. B) [c]quae sunt] quae sunt Kroll: quae est ω

18:2 [a]insunt] in post insunt add. GPL, a qua praepositione pendentem ablativum excidisse existimat Kroll; ego vero insunt absolute dictum puto (cf. p. 44, 16; 45, 16–17)

18:3 [a]animas] anima(s) (corr. m. 2) B anima M

18:4 [a]cf. Poem. 1, 21–22 (p. 12, 13 P) = Ποιμ. 22 (p. 335, 6 R) [b]ita] tia: tia B om. M [c]tanti] tanta (i ss. m. 2) B [d]beneficii] beneficiis BM (sed s exp. B et eras. M) [e]et lunae] et exp. et lunae om. B [f]interveniente] et ante interveniente add. m. 2 B [g]privatur] primatur (v ss. m. fort. 2) B [h]humanae] humanae ex humana corr. m. 2 B

18:5 [a]cf. Poem. 12, 8–9 (p. 104, 7–8, 12–13 P) [b]sensum] sensum scripsi: sensus ω

19:1 [a]initia] ini(ti)a (corr. m. 2) B

19:3 [a]alia] alias B

19:4 [a]intellegibiles] intellegibiles G: intellegibilis cett. (sed e ss. m. rec. B, -es ex -is corr. M) [b]ipsos] ipsos δ: ipse B ipsa M om. G

19:5 [a]loquentis] loquentis scripsi (cf. τῆς τοῦ λέγοντος φωνῆς Poem. 10, 17 [p. 78, 7 P]): loquentias B loquentia cett. [b]acceperis] acceperis scripsi: acceperit ω [c]fontis] fontes (i ss. m. 1) B [d]miscebit] miscebit G: miscet cett.

19:7 [a]consecuntur] consecuntur B (cf. p. 79, 10): sequuntur cett. [b]οὐσία] OYCIA recte B

19:8 [a]utriusque] uirisque pro utriusque BM [b]alter per] alter per BM: altera per cett.

19:9 [a]conprehenditur] post conprehenditur in fine vers. spat. 6 litt. vac. relict. B [b]οὐσιάρχης] OYCIAPXHC recte B, et item v. 7

ter; per caelum enim Iuppiter omnibus praebet vitam.

10 solis [a]οὐσιάρχης lumen est; bonum [b]enim luminis per orbem nobis solis [c]infunditur.

11 *** XXXVI, quorum vocabulum est [a]Horoscopi, id est eodem loco semper defixorum siderum, horum [b]οὐσιάρχης vel princeps est, quem [c]παντόμορφον vel omniformem vocant, qui [d]diversis [e]speciebus [f]diversas formas facit.

12 septem sphaerae quae vocantur, habent [a]οὐσιάρχας, id est sui [b]principes, *** quam fortunam dicunt aut [c]εἱμαρμένην, quibus inmutantur omnia [d]lege naturae [e]stabilitateque firmissima, sempiterna agitatione variata.

13 aër vero organum est vel machina omnium, [a]per quam omnia fiunt; est autem [b]οὐσιάρχης huius [c]secundus *** mortalibus mortalia et his similia.

14 his ergo ita se habentibus, ab imo ad summum † se [a]atmoventibus sic sibi conexa sunt [c]omni pertinentia ad se [d]at de *** [e]⟨in⟩mortalibus mortalia sensibiliaque insensibilibus adnexa sunt.

15 summa vero [a]gubernatori[s] summo illi domino [b]paret *** vel esse non multa aut potius unum.

16 ex uno etenim cuncta pendentia ex eoque defluentia cum distantia videntur, creduntur esse quam [a]plurima, adunata vero unum vel potius duo: unde fiunt omnia et a quo fiunt, id est de materia, qua fiunt, et ex eius voluntate, cuius nutu efficiuntur † [b]alia.'

CAPVT XX

'Haec iterum ratio quae est, o [b]Trismegiste?'

2 'Talis, o Asclepi.

3 [a]deus etenim [b]vel pater vel dominus omnium vel quocumque alio nomine ab [c]hominibus sanctius religiosiusque [d]nuncupatur, quod inter nos intellectus nostri causa debet esse sacratum — tanti etenim numinis [e]contemplatione nullo ex his nominibus eum definite [f]nuncupabimus.

4 si enim vox hoc est: ex aëre spiritu [a]percusso sonus declarans omnem hominis voluntatem vel sensum, quem forte ex sensibus mente perceperit, cuius nominis tota substantia paucis conpo[b]sita syllabis definita atque circumscripta est, ut [c]esset in [d]homine necessarium vocis auriumque commercium, simul etiam et sensus et spiritus et aëris et omnium in his aut per haec [e]aut de

---

19:10 [a]οὐσιάρχης] OYCIAPXHC recte B, et item v. 7 (cross-reference from the same note at p. 54 line 6) [b]enim] enim: n ex st corr. per ras. B [c]infunditur] 'post infunditur sine dubio lacuna hiat' Kroll

19:11 [a]cf. Stob. Ekl. I 21, 9 (t. I, p. 189, 21 Wachsm.) [b]οὐσιάρχης] OYCIAPXef B (deinde spat. 2 litt. in fine vers. vac. relict.) [c]παντόμορφον] παντόμορφον edd.: ΠΑΝΙΟΜΟΡΦΟ B ΠΑΝΤΟΜΟΡΦΟ M PaNTOMORFO F [d]cf. Lydus de mens. IV 7 (p. 70, 22 Wuensch) [e]speciebus] specieb B [f]diversas] diversas (as in ras. m. 1) B

19:12 [a]οὐσιάρχας] OYCIAPXAC recte B [b]principes] post principes lacunam esse suspicatur Kroll [c]εἱμαρμένην] εἱμαρμένην edd.: HMAPMENHN B HMAPMENH M eMaRMeNeN F [d]lege] lege GL: leges cett. (i ss. m. rec. B; -es in -is corr. M) [e]stabilitateque] stabilitate (om. que) F

19:13 [a]per quam] per quam B: per quem cett. [b]οὐσιάρχης] OYCAPXHC B [c]secundus] post secundus lacunam significavi

19:14 [a]atmoventibus] sqq. locum misere depravatum ac mutilum, ut in B legitur (nisi quod moventibus ex mobentibus corr. m. post.), exhibui [b]atmoventibus] admoventibus MG id moventibus PL moventibus F [c]omni] omnia praeter B cett. [d]at de] ac de MGP et de L ac (om. de) F [e]⟨in⟩mortalibus] inmortalibus unus ς: mortalibus ω

19:15 [a]gubernatori] gubernatori scripsi: gubernatoris ω (gubernationis G, quod recepit Goldb.) [b]paret] post paret lacunam significavit Goldb.

19:16 [a]plurima] plurimā (sed lineol. eras.) B [b]alia] talia pro alia Goldb.

20:1 [a]Haec] haec (ASCLEP̄ ss. m. fort. 1) B [b]Trismegiste] trismegisterialis (vel aliis ss. m. 2, sed eras.) o asclepi (TRIM̄ ss. m. fort. 1) B trismegiste|rialis. o asclepi M

20:3 [a]cf. Lactant. inst. div. I 6. — Poem. 5, 10 (p. 46, 13 P) [b]vel] vel om. BM [c]hominibus] homi(ni)bus (corr. m. 2) B [d]nuncupatur] nuncupantur B [e]contemplatione] contemplacionē B [f]nuncupabimus] nuncupabimus (bimus in ras.; b ex v corr. m. 1) B

20:4 [a]per] per in ras. B [b]sit] sit (t in ras.) B [c]esse] esse, quod post aut omnia (v. 5) legitur, huc transposui; delendum censet Rohde [d]homine] homine ex nomine corr. m. 1 B [e]aut de his] aut de his scripsi (cf. p. 52, 17): autem his B his autem MG aut cum his δ [f]conposito] conpositio B [g]innomine⟨m⟩] innominem Hild.: innomine BMF in nomine GP uno nomine L [h]cf. Poem. 5, 10 (p. 47, 1 P) [i]omninomine⟨m⟩] omninominem Hild.: omnomine BPF soninomine (ni ex m per ras.?) M omni nomine G omnium nomine L [k]omnia] post omnia interpunxi ('solus ut omnia = ὡς πάντα ὤν' Kroll) [l]cf. Poem. 1, 9 (p. 4, 17 P) = Ποιμ. 9 (p. 330, 12 R): 5, 9 (p. 46, 3 P)

his nomen est totum dei; non enim spero totius maiestatis effectorem omniumque rerum patrem vel dominum uno posse quamvis e multis [f]conposito nuncupari nomine, hunc vero [g]innomine⟨m⟩ vel potius [i]omninomine⟨m⟩ esse, siquidem is sit unus et [k]omnia, ut sit necesse aut [l]omnia eius nomine aut ipsum omnium nominibus nuncupari — hic ergo solus ut omnia, utraque sexus fecunditate plenissimus, semper voluntatis praegnans suae parit semper, quicquid voluerit procreare.

5 [a]voluntas eius est bonitas omnis.

6 haec eadem bonitas omnium rerum est ex [a]divin[it]a[te] eius nata natura, uti sint omnia, sicuti sunt et fuerunt, et futuris omnibus dehinc naturam ex se nascendi [b]sufficia⟨n⟩t.

7 haec ergo ratio, o [a]Asclepi, tibi sit reddita, quare et quomodo fiant omnia.'

CAPVT XXI

1 'Utriusque sexus ergo deum dicis, o Trismegiste?'

2 'Non deum solum, Asclepi, sed omnia animalia et inanimalia.

3 [a]inpossibile est [b]enim aliquid eorum, quae sunt, [c]infecundum esse.

4 fecunditate enim dempta ex omnibus, quae sunt, inpossibile erit semper esse, quae sunt.

5 ego [a]enim et naturam et sensum [b][et naturam] et [c]mundum dico in se continere naturam et nata omnia conservare.

6 procreatione enim uterque plenus est sexus et eius utriusque conexio aut, quod est verius, unitas inconprehensibilis est, quem sive Cupidinem sive Venerem sive utrumque recte poteris nuncupare.

7 hoc ergo [a]omni vero verius manifestiusque mente [b]percipito, quod ex [c][omni] illo totius naturae [d]deo hoc sit cunctis in aeternum [e]procreandi inventum tributumque mysterium, cui summa [f]caritas, [g]laetitia, hilaritas, cupiditas amorque divinus innatus est.

8 et dicendum foret, quanta sit eius mysterii vis atque necessitas, nisi ex sui contemplatione unicuique ex intimo sensu nota esse potuisset.

9 si enim [a]illud extremum temporis, quo ex [b]crebro [c]adtritu [d]prurimus, ut utraque in utramque fundat natura progeniem, animadvertas, ut altera avide alterius [e]⟨semen⟩ rapiat interiusque recondat, denique eo tempore ex commixtione [f]communi et virtutem feminae [g]marum adipiscuntur et mares femineo torpore lassescunt.

10 effectus itaque huius tam blandi [a]necessariique mysterii in occulto perpetratur, ne vulgo inridentibus inperitis utriusque naturae divinitas ex commixtione sexus cogatur [b]erubescere, multo magis etiam si visibus inreligiosorum hominum subiciantur.

CAPVT XXII

1 Sunt autem non [a]multi aut admodum pauci, ita ut numerari etiam in mundo possint, religiosi.

20:5 [a]cf. Poem. 10, 2–4 (p. 68, 3–69, 6 P)

20:6 [a]divin[it]a[te]] divina Reitzenstein: divinitate ω [b]sufficia⟨n⟩t] sufficiant Kroll: sufficiat ω

20:7 [a]Asclepi] asclepi (a ex u corr. m. 1) B

21:1 [a]Utriusque sexus] recte distinxit Kroll (utriusque sexus vulgo cum omnia coniungunt, at in B super utriusque sexus m. XV. s. adscripsit: Aesculapius quaerit)

21:3 [a]inpossibile] inpossibilis (e ss. m. 2) B [b]enim] enim ut BMP (sed ut eras. M) [c]infecundum] ineffecundum B in//// fecundum (ef eras.) M

21:5 [a]enim et naturam] enim et in naturam B [b][et naturam]] et naturam om. F et seclus. edd. ante Goldb. [c]mundum] mundum (und in ras m. 1) B

21:7 [a]omni] omni B [b]percipito] percipito Hildebrand: percepto ω [c][omni]] omni ut male e v. 3 repet. seclusi domino pro omni Kroll [d]deo hoc sit cunctis] deo esti cunctis (i in esti m. post. del.) B deo est cunctis M [e]procreandi] praecreandi (o ss.; corr. m. 1) B [f]caritas] caritas ex cartias corr. m rec. B [g]laetitia] laetitia vulg.: cletitiae B laeticia// (e eras.) M laetitiae vel leticie cett.

21:9 [a]illud] illum BM (d ss. m. rec. B) [b]crebro] crebro MG: cerebro Bδ [c]adtritu] adtritu MG: adtritum B ad ritum δ [d]prurimus] prurimus Hild.: perveni//mus (a eras.) B pervenimus cett. [e]⟨semen⟩] semen add. ed. Rom. [f]communi et virtutem] communi et virtutem scripsi: cōnmuniat (vel et ss. m. 2) virtutem B communi virtutem cett. [g]marum] mar(i)um (corr. m. 1, ut vid.) B

21:10 [a]ne] nec BM [b]erubescere] erebescere (u ss., corr. m. fort. 2) B

22:1 [a]multi] cf. Poem. 10, 8 (p. 72, 9 P)

2 unde [a]contingit in multis remanere malitiam defectu prudentiae scientiaeque rerum omnium, quae sunt.
3 [a]ex intellectu enim rationis divinae, qua constituta sunt omnia, contemptus [b]medelaque nascitur vitiorum mundi totius.
4 perseverante autem inperitia atque [a]inscientia vitia omnia convalescunt vulnerantque animam insanabilibus [b]vitiis, quae infecta [c]isdem atque vitiata quasi venenis tumescit nisi eorum, quorum animarum disciplina et intellectus summa curatio est.
5 si solis ergo et paucis hoc proderit, dignum est hunc persequi atque expedire tractatum, quare solis hominibus intellegentiam et disciplinam divinitas suam sit inpertire [a]dignata.
6 [a]audi itaque.
7 deus pater et dominus cum post deos homines efficeret ex parte corruptiore [a]mundi et ex divina pari lance conponderans, vitia [b]contigit mundi corporibus commixta remanere et [c]alia propter cibos victumque, quem necessario habemus cum omnibus animalibus communem; quibus de rebus necesse est [d]cupiditatum desideria et reliqua mentis vitia animis humanis insidere.
8 diis vero, utpote ex mundissima parte naturae effectis et nullis indigentibus rationis [a]disciplinaeque adminiculis, quamvis inmortalitas et unius semper aetatis vigor ipse sit eis prudentia et disciplina, tamen propter unitatem rationis pro disciplina et pro intellectu, ne ab his essent alieni, ordinem necessitatis lege conscriptum aeterna [b][lege] constituit, hominem ex animalibus cunctis de sola ratione disciplinaeque cognoscens, per [c]quae vitia corporum homines avertere atque abalienare potuissent, ipsos ad inmortalitatis spem intentionemque [d]protendens.
9 denique et [a]bonum hominem et qui [b]posset inmortalis esse ex [c]utraque natura [d]conposuit, divina atque mortali, [e]et sic conpositum [est] per voluntatem dei hominem constitutum est esse meliorem et diis, qui sunt ex sola inmortali natura formati, et [f]omnium mortalium.
10 propter quod homo diis cognatione coniunctus ipsos religione et sancta mente veneratur diique etiam pio affectu humana omnia respiciunt atque custodiunt.

CAPVT XXIII

Sed de hominibus istud dictum paucis sit pia mente praeditis.
2 de vitiosis vero nihil dicendum est, ne sanctissimus sermo eorum contemplatione violetur.
3 et quoniam de [a]cognatione et consortio hominum deorumque nobis indicitur sermo, potestatem hominis, o Asclepi, vimque cognosce.

22:2 [a]contingit] contingit BMF (alter. n in ras. B): contigit GPL

22:3 [a]ex intellectu enim rationis] ex intellectu enim rationis F: ex enim intellectu (sed cum traiect. signis B) rationis BPL et (in ras.) enim intellectum rationis M ex rationis enim intellectu G [b]medelaque] medelaque ed. Rom.: medullaque ω (vel medela ss. m. 2 B)

22:4 [a]inscientia] scientia B [b]vitiis] vitiis: fort. malis [c]isdem] [hi]isdem (hi ss. m. post.) B

22:5 [a]dignata] dignatam B

22:6 [a]audi] T. (i. e. Trismegistus) ante audi add. m. post. B

22:7 [a]mundi] mundi fort. delendum [b]contigit] contingit B [c]alia] alias B [d]cupiditatum] cupiditatem B fort. cupiditates

22:8 [a]disciplinaeque] discipl[i]enae [ms disciplenae, i ss.] [b][lege]] lege seclusi [c]quae] quae (corr. m. 1) B [d]protendens] protendentes Kroll, non recte, opinor

22:9 [a]bonum] Lactant. inst. div. VII 13 [b]posset] poss[i]et [ms posset, i ss. — cf. archaic possiet] (corr. m. 1, ut vid.) B [c]utraque natura] utraqu̯natura [u, i punctis subscriptis notatae, ut incertae] (n ex s corr.; fuit quis) B [d]conposuit] cf. Poem. 10, 24 (p. 84, 1 P) [e]et sic conpositum] et sic conpositum p. v. d. h. constitutum est esse meliorem F: est post conpositum add. cett (sed est exp. et 'et' ss. m. fort. 1 B) est post constitutum om. cett. et sic conpositum p. v. d. h. constituit ut esset melior[em] Kroll [f]omnium mortalium] omnium mortalium (vel bus bis ss. m. 2) B Graecam constructionem cum Latina miscuit scriptor (cf. p. 36, 2—4)

23:3 [a]cognatione] 'et quoniam — proximitate contenti' August. de civ. dei VIII 23

23:4 [a]dominus] dominus (d ex n corr. 1 m., o in ras.) B [b]humana] human[a] [ms human, a ss.] (corr. m. 1) B [c]contenti] contem[n]ti [ms contemti, n ss. over m] (corr. m. 1) B [d]inlumina[n]tur] inluminatur et inluminat pro inluminantur et inluminant scripsi [e]conformat deos] conformat Goldb.: con-

4 [a]dominus et pater vel, quod est summum, deus ut effector est deorum caelestium, ita homo fictor est deorum, qui in templis sunt [b]humana proximitate [c]contenti, et non solum [d]inlumina[n]tur, verum etiam inlumina[n]t, nec solum ad deum proficit, verum etiam [e]conformat deos.
5 miraris, o Asclepi, an numquid et tu diffidis ut multi?'
6 '[a]Confundor, o Trismegiste, sed tuis verbis libenter adsensus felicissimum hominem iudico, qui sit tantam felicitatem consecutus.'
7 'Nec inmerito miraculo dignus est, qui est omnium maximus.
8 [a]deorum genus omnium [b]confessione manifestum est de mundissima [c]parte naturae esse [d]prognatum signaque eorum sola quasi capita pro omnibus esse.
9 species vero deorum, quas conformat humanitas, ex utraque natura [a]conformatae sunt, ex divina, quae est [b]purior multoque divinior, et ex ea, quae intra homines est, id est ex materia, qua fuerint fabricatae, et non solum capitibus solis sed membris omnibus totoque corpore figurantur.
10 ita [a]humanitas semper memor naturae et originis suae in illa [b]divinitatis imitatione perseverat, ut, sicuti pater ac dominus, ut sui similes essent, deos fecit aeternos, ita humanitas deos suos ex sui vultus similitudine figuraret.'

firmat ω (sed o ss. m. 1 vel 2) B deos δ et M ex corr.: deus BG (aliter conformat deos ss. m. rec. B)

23:6 [a]Confundor] A. (i. e. Asclepius) super Confundor adscr. m. post. B

23:8 [a]deorum] T. (i. e. Trismegistus) super deorum adscr. m. post. B [b]confessione] confessione Rohde: confusione ω [c]parte] p[s]erte [ms perte, a ss.] (corr. m 1) B [d]prognatum] progna//tum (n eras.) B

23:9 [a]conformatae sunt] conformata est ω, sed conformataest[sunt] [ms conformataest, sunt ss.] corr. m. 2 B, quod recepit Vulc. [b]purior] purior B: prior cett.

23:10 [a]humanitas] 'ita humanitas — figuraret' August. de civ. dei VIII 23 [b]divinitatis] divi[nit]natis [ms divinatis, nit ss.] (corr. m. 1, ut vid.) B

CAPVT XXIV

'Statuas dicis, o Trismegiste?'
2 '[a]Statuas, o Asclepi.
3 [a]videsne, quatenus tu ipse diffidas?
4 statuas animatas sensu et spiritu plenas tantaque [a]facientes et talia, statuas futurorum praescias [b]eaque [c]sorte, [d]vate, somniis multisque aliis rebus praedicentes, inbecillitates hominibus facientes easque curantes, [f]tristitiam laetitiamque [g]pro meritis.
5 an ignoras, o Asclepi, quod Aegyptus imago sit caeli aut, quod est verius, translatio aut descensio omnium, quae gubernantur atque exercentur in caelo?
6 [a]et si dicendum est verius, terra nostra mundi totius est templum.
7 et tamen quoniam praescire cuncta [a]prudentes decet, istud vos ignorare fas non est: futurum [b]tempus est, [c]cum [d]adpareat [e]Aegyptios incassum pia mente [f]divinitatem sedula religione [g]servasse; et omnis [h]⟨d⟩eorum sancta veneratio in inritum casura [i]frustrabitur.

24:1 [a]Statuas] 'statuas dicis — religione servasse' August. de civ. dei VIII 23 [b]Statuas] A. super Statuas adscr. m. post. B [c]Statuas dicis] 'statuas dicis — religione servasse' August. de civ. dei VIII 23 [d]Statuas] A. (i. e. Asclepius) super Statuas adscr. m. post. B

24:2 [a]Statuas] T. super Statuas adscr. m. post. B

24:3 [a]videsne] vides August.

24:4 [a]facientes] facientis (sed e ss. m. rec.) B [b]eaque] eaque August.: easque ω (sed s exp., praeterea as induct. m. post. B) [c]sorte] sorte B cum August.: forte cett. [d]vate, somniis] vate, somniis August.: vatas omnes (vel vitta ss. m. 2; somnis, deinde somniis ex somnes corr. m. 1 et 2) B fata//somnis ex vatas omnis corr. m. 1 M vates ominis G vates omnis vel omnes δ [e]vate, somniis] vate, somniis August.: vatas omnes (vel vitta ss. m. 2; somnis, deinde somniis ex somnes corr. m. 1 et 2) B fata▪somnis ex vatas omnis corr. m. 1 M vates ominis G vates omnis vel omnes δ [f]tristitiam laetitiamque] tristitiam laetitiamque August.: tristitiamque ω [g]pro meritis] post pro meritis participium expectes, v. g. dispensantes

24:6 [a]et si] ac si August.

24:7 [a]prudentes] prudentem August [b]tempus est] tempus et BM (sed est ss. m. 2 B) [c]cum] quo pro cum August. cod. Corbeiens. [d]adpareat] adpareat (vel bit ss. m. 2) B [e]Aegyptios] Aegyptios F et August.: aegyptos (i add. m. 2) B et item M aegyptus cett. [f]divinitatem sedula] et inter divinitatem et sedula inser. m. 2 B [g]servasse] servasset B servasse (e fin in ras.) M [h]⟨d⟩eorum] deorum Bernays: eorum ω [i]frustrabitur] frustabitur B

8 e terris [a]enim est ad caelum recursura divinitas linqueturque [b]Aegyptus terraque, sedes religionum quae fuit, viduata numinum praesentia [c]destituetur.
9 alienigenis enim [a]regionem [b]istam terramque conplentibus non solum † [c]neglectum religionum, sed, quod est durius, quasi de legibus a religione, pietate cultuque divino statuetur praescripta poena prohibitio.
10 [a]tunc terra ista sanctissima, sedes delubrorum atque templorum, sepulcrorum erit mortuorumque plenissima.
11 o Aegypte, Aegypte, religionum tuarum solae supererunt fabulae [a]eaeque incredibiles posteris [b]tuis solaque supererunt verba lapidibus incisa tua pia facta narrantibus et [c]inhabitabit Aegyptum Scythes aut Indus aut [d]aliquis talis, [e]id est vicina barbaria.
12 divinitas enim [a]repetet caelum, deserti homines toti morientur atque [b]ita Aegyptus deo et homine viduata deseretur.
13 [a]te vero appello, sanctissimum flumen, tibique futura praedico: torrenti sanguine plenus adusque ripas erumpes undaeque divinae non solum polluentur sanguine, sed [b]totae [c]⟨cor⟩rumpentur et vivis multo maior numerus erit [d]sepultorum; superstes vero qui foret, lingua sola cognoscetur Aegyptius, actibus vero videbitur alienus.

CAPVT XXV
Quid fles, o Asclepi?

2 et his amplius multoque deterius ipsa Aegyptus suadebitur [a]inbueturque peioribus malis, quae sancta quondam, divinitatis amantissima, deorum [b]in terra suae religionis merito sola deductio, sanctitatis et pietatis magistra, erit maximae crudelitatis exemplum.
3 et tunc taedio hominum non admirandus videbitur mundus nec adorandus.
4 hoc totum bonum, quo melius nec fuit nec est nec erit, quod videri possit, periclitabitur eritque grave hominibus ac per hoc contemnetur nec [a]diligetur totus hic mundus, dei opus inimitabile, gloriosa constructio, bonum multiformi imaginum varietate conpositum, machina voluntatis dei [b]in suo opere absque [c]invidia suffragantis, in unum omnium, quae venerari, laudari, amari denique a videntibus possunt, multiformis adunata congestio.
5 nam et [a]tenebrae praeponentur lumini et mors vita utilior iudicabitur; nemo suspiciet caelum, religiosus pro [b]insano, inreligiosus putabitur prudens, furiosus fortis, pro bono habebitur pessimus.
6 anima enim et omnia circum eam, quibus aut inmortalis nata est aut inmortalitatem se consecuturam esse praesumit, secundum quod vobis exposui, non solum risui sed etiam putabitur vanitas.

24:8 [a]enim est] enim est Hild.: enim et ω (sed et exp. et est ss. m. 2 B) et om. F [b]Aegyptus] aegyptus ex aegyptos efficere voluisse videtur m. 1 B [c]destituetur] des//tituetur (una litt. eras.) B

24:9 [a]regionem] religionem pro regionem B [b]istam] post istam 5 litt. eras. (istam fuisse vid.) B [c]neglectum] neglectus ed. Rom. post neglectum verbum excidisse opinatur Goldb.

24:10 [a]tunc terra] 'tunc terra — plenissima' August. de civ. dei VIII 26

24:11 [a]eaeque] eaeque Vulc.: chaeque B et aeque Mδ heque G haeque Goldb. [b]tuis] tuis unus ς et vulg.: suis cett. (sui, sed s add. m. 2 B) [c]inhabitabit] inhabitabit ex inhabitavit corr. m. 1 B [d]aliquis] aliaquis B [e]id est] e (malim de) pro id est Bernays

24:12 [a]repetet] repetet ex repet corr. m. 1 G: repetit cett. (sed -et ex -it corr. m. post. B) [b]ita Aegyptus] ita ataegyptus B

24:13 [a]te] tu[e] (corr. m. post.) B tu M [b]totae] tota(e) (corr. m. 1) B [c]⟨cor⟩rumpentur] corrumpentur Bernays: rumpentur ω (erumpentur, sed e eras. M) [d]sepultorum] sepultorum unus ς et ed. Rom.: sepulchrorum cett.

25:1 [a]quid] T. super quid adscr. m. post. B

25:2 [a]inbueturque] inbue//turque (b eras.) B inbuebitur M [b]in terra] in terras B fort. recte

25:4 [a]diligetur] diligetur G: diligentur BM (sed n exp. B et eras. M) diligenter δ [b]in suo opere] dei suo operi G, fort. recte [c]invidia] invia pro invidia BMP

25:5 [a]tenebrae] tenebra(e) (corr. m. post.) B [b]insano] insano corr. m. 1, ut vid. (fuit insanus) B

25:7 [a]capitale] capital(e) (corr. m. 1 vel 2) B et item M

7 sed mihi credite, et [a]capitale periculum constituetur in eum, qui se mentis religioni dederit.
8 nova constituentur iura, lex nova, nihil sanctum, nihil religiosum nec caelo nec caelestibus dignum audietur aut mente credetur.
9 [a]fit deorum ab hominibus dolenda secessio, soli nocentes angeli [c]remanent, qui [d]humanitate commixti ad [e]omnia audaciae mala miseros manu iniecta [f]conpellunt, in bella, in rapinas, in fraudes et in omnia, quae sunt animarum naturae contraria.
10 tunc nec terra constabit nec [a]navigabitur mare nec caelum astrorum cursibus nec siderum cursus constabit in caelo, omnis vox divina necessaria taciturnitate [b]mutescet, [c]fructus terrae conrumpentur nec fecunda tellus erit et aër ipse maesto torpore [d]languescet.

CAPVT XXVI

Haec et talis senectus veniet mundi: inreligio, inordinatio, inrationabilitas bonorum omnium.
2 [a]cum haec cuncta [b]contigerint, o Asclepi, tunc ille dominus et pater, deus primipotens et unius gubernator dei intuens in mores factaque † [c]voluntaria, voluntate sua, quae est dei benignitas, vitiis resistens et [d]corruptelae omnium, errorem revocans, malignitatem omnem vel inluvione diluens vel igne consumens vel morbis [e]pestilentibus iisque per diversa loca dispersis finiens ad antiquam faciem mundum revocabit, ut et mundus ipse adorandus videatur atque mirandus et tanti operis [f]effector et [g]restitutor deus ab hominibus, qui tunc erunt, frequentibus laudum praeconiis benedictionibusque celebretur.
3 [a]haec enim mundi [b]genitura: cunctarum reformatio rerum bonarum et naturae ipsius sanctissima et religiosissima restitutio [c]per[co]acta temporis cursu, [d]⟨dei voluntate⟩, quae est et fuit sine initio [e]sempiterna.
4 voluntas etenim dei caret initio, quae eadem est et, sicuti est, sempiterna.
5 [a]dei enim natura consilium est voluntatis.'
6 'Bonitas summa consilium, o Trismegiste?'
7 '[a]Voluntas, o Asclepi, consilio nascitur et ipsum velle e voluntate.
8 neque enim inpense aliquid vult, qui est omnium plenissimus et ea vult, quae habet.
9 [a]vult autem omnia bona [b]et habet omnia, quae vult.
10 omnia autem bona et cogitat et vult.
11 hoc est autem deus, [a]eius imago mundus, [b]boni ⟨bonus⟩.'

CAPVT XXVII

'Bonus, o Trismegiste?'
2 '[a]Bonus, o Asclepi, ut ego te docebo.

25:9 [a]fit] fi(e)t (corr. m. 1, ut vid.) B [b]fit] Lactant. inst. div. II 15 [c]remanent] remane(bu)nt (corr. m. 2) B [d]humanitate] humanitate (vel ti ss. m. 2) B humanitati F [e]omnia] omina (omnia ss. m. 2) B [f]conpellunt] conpellu[e]nt (corr. m. 2) B

25:10 [a]navigabitur] navigabitur ex navigavitur corr. m. 1 B [b]mutescet] mutescit in mutescet corr. m. post. B [c]fructus] Lactant. epit. 66, 6; cf. inst. div. VII 14, 16 [d]languescet] lingu[a]escit (corr. m. 2) B languescit MP

26:2 [a]cum] T. super cum adscr. m. post. B [b]contigerint] Lactant. inst. div. VII 18 [c]voluntaria] voluntaria seclus. Bernays; fort. nefaria [d]corruptelae] corruptelae F: corruptala (corr. m. post.) B corruptela cett. [e]pestilentibus iisque] pestilentibus iisque (sed ibus i exp., ut sit pestilentiisque) B, ut coniecerat Bernays: pestilentibus usque cett. pestilentibus bellisque (cf. πολέμοις Hermes ap. Lact.) Rohde [f]effector] [e]&fector (corr. m. post.) B [g]restitutor] restituetor B

26:3 [a]haec enim] fort. haec ⟨est⟩ enim [b]genitura] regenitura Rohde [c]per[co]acta temporis cursu] peracta … cursu Kroll: per coacta … cursu BMPF per coactum … cursum GL peracto … cursu vulg. [d]⟨dei voluntate⟩] dei addidi; voluntate iam addiderat Goldb. [e]sempiterna] est ante sempiterna add. G

26:5 [a]dei] A. super dei adscr. m. post. B

26:7 [a]Voluntas] T. super Voluntas adscr. m. post. B

26:9 [a]vult] cf. Poem. 10, 2 (p. 68, 3 P) [b]et] et exp. (puncta subscr.): sed ss. m. 2 B

26:11 [a]eius imago] eius im in ras. B [b]boni ⟨bonus⟩] mundus boni ⟨bonus⟩. A. Bonus Kroll. A. super boni adscr. m. post.; boni ex bonus corr. per ras. B boni ante imago F

27:2 [a]Bonus] T. super Bonus adscr. m. post. B

27:3 [a]sensus] sensus F: sensibus cett. [b]praestitor] praestator BM [c][et]] et seclusi, om. GF [d]partuum temporalium, fructuum nativitatis] vulgatam distinctionem (partuum, temporalium fructuum, nativitatis) correxi [e]fructuum] fructu(u)m (corr. m. 2) B [f]ac] hac B

3 sicuti enim deus omnibus speciebus vel generibus, quae in mundo sunt, dispensator distributorque est bonorum, id est [a]sensus, animae et vitae, sic et mundus tributor est et [b]praestitor omnium, quae mortalibus videntur bona, id est [c][et] alternationis [d]partuum temporalium, fructuum nativitatis, augmentorum et maturitatis et horum similium; [f]ac per hoc deus supra verticem summi caeli consistens ubique est omniaque circum inspicit.
4 [a]sic est enim ultra caelum locus sine stellis ab omnibus rebus corpulentis alienus.
5 dispensator qui est, inter caelum et terram obtinet locum, quem Iovem vocamus.
6 terrae vero et mari dominatur Iuppiter Plutonius et hic nutritor est animantium mortalium et [a]fructiferarum.
7 horum omnium viribus fructus, arbusta et terra vegetantur.
8 aliorum vero vires et effectus per omnia, quae [a]sunt, distribuentur.
9 distribuentur vero, qui terrae dominantur, et conlocabuntur in civitate in summo initio Aegypti, quae a parte solis occidentis condetur, ad quam [a]terra marique [b]festinabit omne mortale genus.'
10 '[a]Modo tamen [b]hoc in tempore ubi isti sunt, o Trismegiste?'
11 '[a]Conlocati sunt in maxima civitate in monte Libyco.
12 et haec usque eo [a]narrata sint.
13 de inmortali vero aut de mortali modo disserendum est.
14 multos enim spes timorque mortis excruciat verae rationis [a]ignaros.
15 mors enim efficitur [a]dissolutione corporis labore defessi et [b]numeri conpleti, quo corporis membra in unam machinam ad usus [c]vitalis aptantur.
16 moritur enim corpus, quando hominis vitalia ferre posse destiterit.
17 haec est ergo mors corporis dissolutio et corporalis sensus interitus, de qua sollicitudo supervacua est.
18 [a]sed est alia necessaria, quam aut ignoratio aut incredibilitas contemnit humana.'
19 '[a]Quid est, o Trismegiste, quod aut ignorant aut esse posse diffidunt?'

CAPVT XXVIII

'Audi ergo, [b]o Asclepi.
2 cum fuerit [a]animae e corpore facta discessio, tunc arbitrium examenque meriti eius transiet in summi daemonis potestatem, isque eam cum piam iustamque perviderit, in sibi conpetentibus locis manere permittit; sin autem delictorum inlitam maculis vitiisque oblitam viderit, desuper ad ima deturbans procellis turbinibusque aëris, ignis et aquae saepe discordantibus tradit, ut inter caelum et terram mundanis fluctibus in diversa semper aeternis poenis agitata rapiatur, ut in hoc [b]animae obsit aeternitas, quod sit

---

27:4 [a]sic est enim] fort. inspicit, si est enim (cf. Poem. 4, 5. p. 36, 15 P: εἴ τι ἐστιν ὑπὲρ οὐρανόν; enim = quidem, ut etenim p. 42, 2)

27:6 [a]fructiferarum] fructifera/////horum (3 litt. eras.) B

27:8 [a]sunt, distribuentur] sunt distribuuntur F

27:9 [a]terra marique] terra(e) mari(s)que (corr. m. post.) B [b]festinabit] festinabit G: festinavit cett. (sed -bit ex -vit corr. m. 1 B)

27:10 [a]Modo] A. super Modo adscr. m. post. B [b]hoc in tempore] hoc in tempore susp. tamquam gloss. vocis modo

27:11 [a]Conlocati] T. super Colocati (sic) adscr. m. post. B

27:12 [a]narrata sint] narrata sint scripsi: narrati (a ss. m. 2) sunt (i ss. m. post.) B: narrata sunt cett. [b]narrata sint] Stob. Floril. CXX 27 (IV p. 106 Mein.)

27:14 [a]ignaros] ignaros ex ignoros corr. B

27:15 [a]dissolutione] desolutione (sed e exp. et vel is ss. m. 2) B desolatione M [b]numeri conpleti] numeri conpleti est genet. absol. more Graeco [c]vitalis] vitalis (-is in -es corr. m. post.) B: vitales cett.

27:18 [a]sed est] sed et ω, sed et exp. et est ss. m. 2 B, quod recepit Vulc. et om. F

27:19 [a]Quid] A. super Quid adscr. m. post. B

28:1 [a]Audi] T. super. Audi adscr. m. post. B [b]o Asclepi] o om. α

28:2 [a]animae e corpore] animae e corpore GL: animae corpore BMP animae a corpore F [b]animae] cf. Lydus de mens. IV 32 et 149 (p. 90, 24 et p. 167, 15 Wuensch) [c]ut] ut: fort. et [d]ignis] ignis GPL, quod prob. Kroll: igni BMF [e]tradit, ut inter] tradit ut inter scripsi Vulcanium secutus: traditur inter BMGL (ut ante inter add. m. 2 B) tradit atque inter F discordantibus inter (om. tradit) P [f]rapiatur] rapiatur B: raptatur cett.

inmortali sententia aeterno supplicio subiugata.

3 ergo ne his inplicemur, verendum, [a]timendum cavendumque esse cognosce.

4 incredibiles enim post [a]delicta cogentur credere non verbis sed exemplis, nec minis sed ipsa passione poenarum.'

5 '[a]Non ergo, Trismegiste, hominum delicta sola humana lege puniuntur?'

6 '[a]Primo, Asclepi, terrena quae sunt, omnia sunt mortalia; tunc ea etiam, quae sunt corporali ratione viventia et a [b]vivendo eadem corporum [c]ratione deficientia.

7 ea omnia pro vitae meritis aut delictis poenis obnoxia tanto post mortem [a]severioribus subiciuntur, quanto in vita forsitan fuerint celata, dum viverent.

8 praescia etenim omnium rerum divinitate reddentur, perinde ut sunt, pro delictorum qualitatibus poenae'

CAPVT XXIX

'Qui sunt digni maioribus poenis, o Trismegiste?'

2 '[a]Qui damnati humanis legibus vitam violenter amittunt, ut non naturae animam debitam sed poenam pro meritis reddidisse videantur.

3 contra iusto homini in dei religione et in summa pietate praesidium est.

4 deus enim tales ab omnibus [a]tutatur malis.

5 pater enim omnium vel dominus et is, qui solus est omnia, omnibus se libenter ostendit, non ubi sit loco nec qualis sit qualitate nec quantus sit quantitate, sed hominem sola intellegentia mentis inluminans, qui discussis ab animo errorum tenebris et veritatis claritate percepta toto se sensu intellegentiae divinae [a]commiscet, cuius amore a parte naturae, qua mortalis est, liberatus inmortalitatis futurae concipit fiduciam.

6 hoc ergo inter [a]bonos malosque distabit.

7 unus enim quisque pietate, religione, prudentia, cultu et veneratione dei [a]clarescit quasi [b]oculi⟨s⟩ vera ratione perspecta et [c]fiducia credulitatis suae tantum inter homines quantum sol lumine ceteris astris [d]antistat.

8 ipse enim sol non [a]tam [b]magnitudine luminis quam divinitate et sanctitate ceteras stellas inluminat.

9 [a]secundum etenim deum hunc crede, o Asclepi, omnia gubernantem omniaque mundana inlustrantem animalia sive animantia sive inanimantia.

10 [a]si enim [b]animal [c]mundus vivensque semper et fuit et est et erit, nihil in mundo mortale est.

11 viventis etenim semper uniuscuiusque partis, quae est, sicuti est, [a][in] ipsoque mundo semper uno eoque animali semperque vivente, in eo nullus est mortalitatis locus.

12 ergo vitae aeternitatisque debet esse plenissimus, si semper eum necesse est vivere.

13 sol ergo, sicuti mundus sempiternus est, [a]sic et ipse semper gubernator vi-

---

28:3 [a]timendum] timendum (i ex corr.) B

28:4 [a]delicta] delicta ex dilecta corr. m. fort. 1 B (et item infra v. 21)

28:5 [a]Non] A. super Non adscr. m. post. B

28:6 [a]Primo] T. super Primo adscr. m. post. B [b]vivendo] vivendo (-do ex corr.) B [c]ratione deficientia] ratione////deficientia (-ne ex -ni corr., tum 2 litt eras., quarum altera fuit fort. d) B

28:7 [a]severioribus] severioribus BM: saevioribus cett.

29:1 [a]Qui] A. super Qui adscr. m. post. B

29:2 [a]Qui] T. super Qui adscr. m. post. B

29:4 [a]tutatur] (t)utatur (corr. m. 2) B

29:5 [a]commiscet] commiscet GL: commiscent cett.

29:6 [a]bonos malosque] bonos & malosque B

29:7 [a]clarescit] clarescit in clarescet corr. m. post. B [b]oculi⟨s⟩] oculis ed. Rom.: oculi ω [c]fiducia] fiduciam B [d]antistat] a(n)tistat (corr. m. 2) B

29:8 [a]tam] tam////(en eras.) B [b]magnitudine] magnitudinem B

29:9 [a]secundum] cf. ✠ροι Ἀσκληπίου 5 (p. 350, 8 R)

29:10 [a]si enim] si enim GLF: sive enim BMP [b]animal] cf. Poem. 8, 1—2 (p. 56, 10—p. 57, 10 P); 12, 15—16 (p 108, 11—109, 15 P) [c]mundus] mundus GL: mundum BMPF

29:11 [a][in] ipsoque mundo] in seclusi, ut genetivo absoluto (cf. p. 65, 21) ablativus absolutus coniungatur, sicut post conparativum uterque casus simul adhibetur p. 59, 3—4 in ipso[que] mundo Kroll

29:13 [a]sic et] sic et (vel est ss. m. 2) B

talium vel totius vivacitatis eorumque frequentator vel dispensator est.

14 deus ergo viventium vel vitalium, in mundo quae sunt, sempiternus gubernator est ipsiusque vitae dispensator aeternus.

15 semel autem [a]dispensata [b]vita vitalibus [c]cunctis aeterna lege praestatur hoc more, quo dicam.

CAPVT XXX

In ipsa enim [a]aeternitatis vivacitate mundus agitatur et in ipsa vitali aeternitate locus est mundi.

2 propter quod [a]nec stabit aliquando nec conrumpetur sempiternitate vivendi circumvallatus et quasi [c]constrictus.

3 ipse [a]mundus vitae dispensator est his omnibus, quae in se sunt, et locus est omnium, quae sub sole gubernantur, et commotio mundi ipsius ex duplici constat effectu: ipse extrinsecus vivificatur [b]ab aeternitate vivificatque ea, quae intra se sunt, omnia, differens numeris et temporibus statutis atque infixis cuncta per solis effectum stellarumque discursum, [c]omni[a] [d]temporaria [e]ratione divina lege conscripta.

4 terrenum autem tempus aëris qualitate, [a]aestuum [b]frigorisque varietate dinoscitur, caeleste vero reversionibus siderum ad eadem loca temporaria [c]conversione [d]currentium.

5 et mundus est [a]receptaculum temporis, cuius cursu et agitatione vegetatur.

6 tempus autem ordinatione servatur.

7 [a]ordo et tempus [b]innovationem omnium rerum, quae in mundo sunt, per alternationem faciunt.

8 cunctis ergo ita se habentibus nihil stabile, nihil fixum, nihil inmobile [a]nec nascentium nec caelestium nec terrenorum: solus deus et merito solus; ipse enim in se est et a se est et circum se totus est plenus atque perfectus isque sua firma stabilitas est nec alicuius inpulsu [b][nec] loco moveri potest, cum in eo sunt omnia et in omnibus ipse est solus, nisi aliquis audeat dicere ipsius [c]commotionem in aeternitate esse; sed magis [d]e⟨s⟩t ipsa inmobilis aeternitas, in quam omnium temporum agitatio [e]remeat et ex qua omnium temporum agitatio sumit exordium.

CAPVT XXXI

Deus ergo stabilis fuit [a]⟨semper⟩ semperque similiter cum eo aeternitas [b]constitit mundum non natum, quem recte sensibilem dicimus, intra se habens.

2 huius dei imago hic effectus est mundus, aeternitatis imitator.

3 habet autem tempus stabilitatis suae vim atque naturam, quamvis semper agitetur, ea ipsa in se revertendi necessitate.

4 itaque quamvis sit aeternitas stabilis, inmobilis atque fixa, tamen quoniam temporis, quod mobile est, in aeternitatem semper revocatur agitatio eaque mobilitas ratione temporis vertitur, efficitur, ut et ipsa aeternitas inmobilis quidem sola per tempus, in quo ipsa est et est in eo omnis agitatio, videatur agitari.

29:15 [a]dispensata] dispensata scripsi: dispensavit ω [b]vita] vita B: vitam cett. [c]cunctis] cuncta BM

30:1 [a]aeternitatis] cf. Poem. 11, 2 (p. 86, 9 P). 3 (p. 86, 12 P)

30:2 [a]nec stabit aliquando] nec stabit aliquando Zink: nec stabili quando ω (totum locum licenter refinxit F) [b]stabit] cf. Poem. 8, 3 (p. 58, 3—4 P) [c]constrictus] post constrictus interpunxit Kroll (post ipse edd.)

30:3 [a]mundus] cf. Poem. 9, 6 (p. 64, 10 P) [b]ab aeternitate] abaaeternitate B [c]omni[a]] omni scripsi: omnia ω [d]temporaria] temporaria in temporalia corr. m. post. B (et item p. 69, 3) [e]ratione] comma post ratione sustuli; omni temp. ratione — conscripta abl. absol. est (cf. p. 58, 21)

30:4 [a]aestuum] aestiuum B [b]frigorisque varietate] frigorisq; varietate (*sq; v* in ras.) B [c]conversione] conversione F: conversatione cett. [d]currentium] recurrentium F

30:5 [a]receptaculum] re(ce)ptaculum (corr. m. post.) B reptaculum M

30:7 [a]ordo] cf. Poem. 12, 16 (p. 109, 14 P) [b]innovationem] innovationē B innovatione MG

30:8 [a]nec nascentium] *nec* ante nascentium abesse malit Kroll [b][nec] loco] *nec* ante loco seclus. Kroll [c]commotionem] conmonitionem BM [d]e⟨s⟩t ipsa] *est ipsa* scripsi: et ipsa ω [e]remeat] remeat usque ad agitatio om. BM

31:1 [a]⟨semper⟩] *semper* addidi [b]constitit] consistit (sed *is* ex corr.) B

5 sic efficitur, ut et aeternitatis stabilitas [a]moveatur et temporis mobilitas stabilis fiat fixa lege [b]currendi.
6 sic et deum agitari credibile est in se ipsum eadem inmobilitate.
7 [a]stabilitatis etenim ipsius in [c]magnitudine est inmobilis agitatio; ipsius enim magnitudinis inmobilis lex est.
8 hoc ergo, quod est tale, quod non subicitur sensibus, indefinitum, inconprehensibile, inaestimabile est; nec sustineri etenim nec ferri nec indagari potest.
9 ubi enim et quo et unde [a]aut quomodo aut quale sit, incertum est.
10 fertur enim in summa stabilitate et in ipso stabilitas sua, [a]sive deus sive aeternitas sive uterque sive alter in altero sive uterque in utroque [b]sunt.
11 propter quod aeternitas sine definitione est temporis.
12 tempus autem, quod definiri [a]potest vel numero vel alternatione vel alterius per ambitudinem [b]reditu, aeternum est.
13 utrumque ergo infinitum, utrumque videtur aeternum.
14 stabilitas enim utpote defixa, [a]quod [b]sustinere, quae agitabilia sunt, possit, beneficio firmitatis merito obtinet principatum.

CAPVT XXXII

1 Omnium ergo, quae sunt, primordia deus est et aeternitas.
2 mundus autem, quod sit mobilis, non habet principatum; praevenit enim mobilitas eius stabilitatem suam [a]in legem agitationis sempiternae habendo inmobilem firmitatem.
3 omnis ergo [a]sensus divinitatis [c]similis inmobilis ipse in stabilitate se commovet sua: sanctus et incorruptus et sempiternus est [d]et, si quid potest melius nuncupari, dei summi in ipsa veritate consistens aeternitas, plenissimus omnium sensibilium et totius disciplinae, consistens, ut ita dixerim, cum deo.
4 [a]sensus vero mundanus receptaculum est sensibilium omnium specierum et disciplinarum.
5 humanus [a]vero *** ex memoriae tenacitate, quod memor sit omnium, quas gesserit, rerum.
6 usque ad humanum enim animal sensus [a]divinitas [b]descendendo pervenit.
7 deus enim [a]summus divinum sensum cunctis [b][animantibus] [c]confundi noluit, ne [d]erubesceret aliorum commixtione animantium.
8 intellegentia enim sensus humani, qualis aut quanta sit, tota in memoria est [a]praeteritorum.
9 per eam enim memoriae tenacitatem et gubernator effectus est terrae.
10 intellectus [a]autem naturae [b]et qualitatis sensus mundi ex omnibus, quae in mundo sensibilia sunt, poterit [c]pervideri.

31:5 [a]moveatur] moveatur (*move* in ras.; fuit fort. *stabilit*) B [b]currendi] curendi B

31:7 [a]stabilitatis etenim] stabilitatis etenim B: stabilis etenim M stabilistas enim G stabilitates (an *-is*?) enim P stabilitas enim L stabilitatis in magnitudine enim ipsius F [b]stabilitatis] cf. Poem. 4, 8 (p. 38, 18—39, 1 P) [c]magnitudine] magnitudine pro magnitudinis G

31:9 [a]aut quomodo] aut quomodo Bδ: et quomodo MG

31:10 [a]sive deus] sive deus om. BM [b]sunt] sunt (sed litt. *u* pars dextra et *n* exp., ut fiat *sit*) B

31:12 [a]potest] non potest GL, quod prob. Hild. [b]reditu] reditu F: reditus cett.

31:14 [a]quod] quo F, fort. recte [b]sustinere] *sustinere* ex *sunt inere* corr. m. 2 B

32:2 [a]in legem] in lege L hic aliquid turbatum esse suspicor

32:3 [a]sensus divinitatis] fort. sensus ⟨*divinus*⟩ divinitatis [b]divinitatis] divinitatis BM (sed *s* exp. B et eras. M) [c]similis] similis om. F, seclus. Vulc. [d]et, si] et si om. BM

32:4 [a]sensus] cf. Poem. 9, 5 et 6 (p. 63, 16—64, 11 P)

32:5 [a]vero] lacunam post vero signif. Goldb.; pendet suppl. Brakman

32:6 [a]divinitas] divinitas (vel *tis* ss. m. 2) B divinitatis F [b]descendendo] discendendo (*e* ss. m. rec.) B

32:7 [a]summus] *summus* scripsi: summum ω (vel *suum* ss. m. 2 B) [b][animantibus]] animantibus om. BMPF [c]confundi] confu(n)di (corr. m. 2) B [d]erubesceret] erubescere(t) (corr. m. 2) B

32:8 [a]praeteritorum] praeterito*r*tum (corr. m. 2) B

32:10 [a]autem] enim pro autem GL [b]et qualitatis] *et qualitatis* scripsi (cf. p. 72, 4—5): et qualitate BM ex qualitate GPL qualitate et F [c]pervideri] post *pervideri* interpunxi

32:11 [a]aeternita⟨ti⟩s] *aeternitatis* scripsi (cf. infra p. 72, v. 6—7): aeternitas ω [b]datur] *datur* scripsi: datus ω [c]qualitasque] qualitatis om. BM

11 [a]aeternita⟨ti⟩s, quae secunda est, ex sensibili mundo sensus [b]datur [c]qualitasque dinoscitur.
12 at intellectus qualitatis qualitasque sensus summi dei sola veritas est, cuius veritatis in mundo nequidem extrema linea [a]umbrave dinoscitur.
13 ubi enim quid temporum dimensione dinoscitur, [a]ibi sunt mendacia; ubi geniturae, [b]ibi errores [c]videntur.
14 [a]vides ergo, o Asclepi, in quibus constituti quae tractemus aut quae [b]audeamus adtingere.
15 sed tibi, deus summe, gratias ago, qui me [a]videndae [b]divinitatis luminasti lumine.
16 et vos, o [a]Tat et Asclepi et [b]Hammon, intra secreta pectoris divina mysteria silentio tegite et taciturnitate celate.
17 hoc autem [a]differt intellectus a sensu, quod intellectus noster ad qualitatem sensus mundi intellegendam et dinoscendam mentis pervenit [b]intentione.
18 intellectus autem mundi pervenit ad aeternitatem et deos noscendos, qui supra se sunt.
19 et sic contingit hominibus, ut quasi per caliginem, quae in caelo sunt, videamus, quantum possibile est per condicionem sensus humani.
20 haec autem [a]intentio [b]pervidendis tantis [c]angustissima est [d]nobis, latissima vero, cum viderit, [e]felicitas est conscientiae.

CAPVT XXXIII

De inani vero, [a]quod tam [b]magnum videtur esse quam plurimis, sic sentio: inane [c]nec esse aliquid nec esse potuisse nec futurum umquam.
2 omnia enim mundi sunt membra plenissima, ut ipse mundus sit plenus atque perfectus corporibus qualitate formaque diversis et speciem suam habentibus et magnitudinem.
3 quorum unum [a]est alio maius aut alio aliud minus et validitate et tenuitate diversa.
4 nam et [a]quaedam eorum validiora facilius videntur sicuti et maiora; minora vero aut [b]tenuiora aut vix [c]videri aut [d]omnino non possunt, quas solum [e]res esse [f]adtrectatione cognoscimus.
5 unde [a]contigit multis credere haec non esse corpora et [b]esse inanes [c]locos, quod est inpossibile.
6 sicuti [a]enim quod dicitur extra mundum, si tamen est aliquid — ([b]nec istud enim credo † sic [c]ab eo [d]plenum esse [e]intellegibilium rerum, id est [f]divinitati suae similium, ut hic etiam sensibilis mundus qui dicitur sit plenissimus corporum et animalium naturae suae et qualitati convenientium, quorum facies non omnes videmus sed quasdam ultra modum grandes, quasdam brevissimas, ⟨[g]cum⟩ aut propter spatii [h]interiecti longitudinem aut quod

---

32:12 [a]umbrave] umbra ω, sed *ve* add. m. 2 B, quod recepit Vulc.; nescio an extrema linea ablat. sit, ut apud Ter. Eun. 640

32:13 [a]ibi sunt] ibi sunt Goldb.: ubi sunt ω [b]ibi errores] ibi errores Goldb.: ubi errores ω (ergo res B) [c]videntur] videtur B

32:14 [a]vides] T. super vides adscr. m. post. B [b]audeamus] *audeamus* ex *audiamus* corr. m. post. B

32:15 [a]videndae] videnda (pr. *d* ex *n* eff. m. 1) B [b]divinitatis] *tuae* post divinitatis add. F

32:16 [a]Tat] Tat Bernays: tati ω (sed *i* post. add. B) [b]Hammon] (h)ammon (corr. m. post.) B

32:17 [a]differt] cf. Poem. 9, 1 (p. 60, 7 P) [b]intentione] intentione// (*m* eras.) B

32:20 [a]intentio] cf. Poem. 2, 10—11 (p. 25, 3—26, 13 P) = Stob. Ekl. I 18 (t. I, p. 158, 14 Wachsm.). Plat. Tim. 79 B [b]pervidendis] prae videndis pro pervidendis Kroll [c]angustissima est] angustissima est pervidendis tantis bonis latissima F [d]nobis] bonis (*nobis* ss. m. post.) B [e]felicitas est] felicitas est Kroll: felicitate ω

33:1 [a]quod tam] quod tam Vulc.: quod iam BM quod etiam cett. [b]magnum] malignum pro magnum Kroll [c]nec] *nec* ante futurum om. BM

33:3 [a]est alio] est alio (*o* in ras.) B

33:4 [a]quaedam eorum] quaeda[m]eorum (m add. m. post.) B [b]tenuiora] ten(u)iora (corr. m. post.) B [c]videri] videri (*i* fin. in ras.) B [d]omnino] omni// (*a* eras. et *no* ss. m. 1) B [e]res esse] res esse ed. H. Steph.: eas esse ω (eas om. F) [f]adtrectatione] adtractationem B adtractacione M

33:5 [a]contigit] contingit (t fin. cum capite cincinnato) B: contingitur M [b]esse inanes] esse// inanes (t? eras.) B [c]locos] locos ex locus corr. m. 1 B

33:6 [a]enim] enim post intellegibilium perperam repet., sed linea super. notat. B [b]nec istud enim credo] nonnulla post parenthesin (nec istud enim credo) excidisse putat Kroll [c]ab eo] habeo pro abeo M, fort. sic habeto [d]plenum esse] eum inter plenum et esse add. m. fort. 1 B: plenum eum esse M [e]intellegibilium] intelligi (i fin. in ras.) bilium B [f]divinitati] divinitati B: divinitatis cett. [g]cum] cum addidi; quae ante aut addendum censet Kroll [h]interiecti] (i)nteriecti (corr. m. 1; ti in ras.) B [i]obtunsi] obtunsi B [k]nimiam] nimiam (m fin. ex corr.) B [l]multis] a multis F

acie sumus [i]obtunsi, tales nobis esse videantur aut omnino propter [k]nimiam brevitatem [l]multis non esse credantur.

7 dico nunc [a]daemonas, [b]quos credo commorari nobiscum, [c]et heroas, quos inter aëris purissimam partem supra nos [d]et aethera, ubi nec nebulis locus est [e]nec nubibus nec ex signorum aliquorum agitatione commotio.

8 propter [a]quod, Asclepi, inane nihil dixeris, nisi cuius rei inane sit hoc, quod dicis inane, praedixeris, ut inane ab igni, ab aqua et his similibus, quod, etsi contigerit videri, quod inane possit esse a rebus huiusmodi, quamvis sit breve vel magnum, quod inane videtur, spiritu tamen et aëre [b]vacuum esse non possit.

CAPVT XXXIV

Similiter vero de loco dicendum est, quod vocabulum solum intellectu caret.

2 locus enim ex eo, cuius est, quid sit, apparet.

3 principali etenim dempto nomine significatio [a]mutilatur.

4 quare aquae locus, ignis locus aut his similium recte [a]dicemus.

5 sicuti enim inane esse aliquid inpossibile [a]est, sic et locus solus quid sit, dinosci [b]non potest.

6 nam si posueris locum sine eo, cuius est, inanis videbitur locus, quem in mundo esse non credo.

7 quodsi inane nihil est, nec per se quid sit locus, apparet, nisi ei aut [a]longitudinis aut latitudinis aut altitudinis addideris, ut corporibus [b]hominum, signa.

8 his ergo sic se habentibus, o Asclepi et vos, qui adestis, scitote intellegibilem mundum, id est qui mentis solo obtutu dinoscitur, esse incorporalem nec eius naturae misceri aliquid posse corporale, id est quod possit qualitate, quantitate numerisque dinosci.

9 in ipso enim nihil tale consistit.

10 hic ergo sensibilis qui dicitur mundus receptaculum est omnium sensibilium specierum, qualitatum vel corporum, quae omnia sine deo vegetari non possunt.

11 omnia enim deus et ab eo omnia et eius omnia voluntatis.

12 quod totum est bonum, decens et prudens, inimitabile et ipsi soli sensibile atque intellegibile et sine hoc nec fuit aliquid nec est nec erit.

13 omnia enim ab eo et in [a]ipso et per ipsum, [b]et variae et multiformes qualitates et magnae quantitates et [c]omnes mensuras excedentes magnitudines et omniformes species.

14 quas si intellexeris, o Asclepi, gratias acturus es deo.

15 [a]sin totum animadvertes, vera ratione perdisces mundum ipsum sensibilem [b]et, quae in eo sunt, omnia a superiore illo mundo [c]quasi ex vestimento esse [d]contecta.

CAPVT XXXV

Unumquodque enim genus animalium, o Asclepi, cuiuscumque vel mortalis vel inmortalis vel rationalis ⟨vel inrationalis⟩ sive sit animans sive sine anima sit, prout cuique est genus, sic singula generis sui imagines habent et quamvis [a]unumquodque animalis genus

---

33:7 [a]daemonas] daemonas in daemones corr. m. post. B [b]quos] quos (o in ras.) B [c]et heroas] et heroas in ethereos corr. m. post. B [d]et aethera] et aethera Koziol: et interram B et interrā// M et terram GF et in terram PL et aetheream Rohde [e]nec nubibus] nec nubibus B: om. cett.

33:8 [a]quod] quod L: quid cett. [b]vacuum] vacu(u)m (corr. m. fort. 1) B

34:3 [a]mutilatur] mutilatur (i in ras.; fuit a) B

34:4 [a]dicemus] dicimus F

34:5 [a]est] post est nescio quid eras. B [b]non potest] non potest (non p in ras.) B

34:7 [a]longitudinis aut latitudinis aut altitudinis] longitudinis … latitudinis … altitudinis (sed -is in -es ubique corr. m. post.) B: longitudines … latitudines … altitudines cett. [b]hominum] post hominum interpunxi

34:13 [a]ipso] ipso// ex ipsum corr. B [b]et variae] et variae BM: om. cett. [c]omnes mensuras excedentes] omnes mensuras excedentes B, ut coniecerat Goldb.: omnes mensurae sex cedentes M omnes mensurae excedentes GPL omnes mensuram excedentes F omnem mensuram excedentes vulg.

34:15 [a]sin totum] sin totum G: si in totum cett. [b]et, quae] et quae in ras. B [c]quasi] qua(s)si (corr. m. post.) B [d]contecta] contecta (x ss. m. rec.) B

omnem generis sui possideat formam, in eadem forma singula tamen sui dissimilia sunt, ut hominum genus quamvis sit uniforme, ut homo dinosci ex aspectu possit, singuli tamen in eadem forma sui dissimiles sunt.

2 species enim, quae divina est; [a]incorporalis est, [b]ut quicquid mente conprehenditur.

3 cum itaque haec duo, ex quibus [a]constant [b]formae, corpora ⟨[c]et⟩ incorporalia sint, inpossibile est formam unamquamque alteri simillimam nasci horarum et [d]climatum distantibus punctis; sed inmutantur totiens, quot hora momenta habet circuli circumcurrentis, in quo est ille omniformis quem diximus deus.

4 species ergo permanet ex se totiens pariens imagines tantas tamque diversas, quanta habet conversio mundi momenta, qui⟨a⟩ mundus in conversione mutatur; species vero nec mutatur nec convertitur sic generum singulorum formae sunt permanentes in eadem sua forma dissimiles.'

CAPVT XXXVI

'Et [b]mundus speciem mutat, o Trismegiste?'

2 '[a]Vides ergo, o Asclepi, tibi omnia quasi dormienti esse narrata.

3 quid est enim mundus aut ex quibus constat nisi ex omnibus natis?

4 ergo hoc vis dicere de caelo, terra et elementis.

5 [a]nam quae alia magis frequenter mutantur in species?

6 caelum umescens vel arescens vel frigescens vel ignescens vel clarescens vel [a]sordescens, in una caeli specie [b]hae sunt, quae saepe alternantur, species.

7 terra vero speciei suae multas inmutationes habet semper, et cum parturit fruges et cum [a]eadem partus nutricat suos, [b]fructuum omnium [c]cum reddit varias diversasque qualitates et quantitates atque stationes aut cursus et [d]ante omnis arborum, florum, bacarum qualitates, [e]odores, sapores, species.

8 ignis [a]facit [b]conversiones plurimas atque [c]divinas.

9 solis etenim et [a]lunae omniformes imagines sunt; sunt enim quasi speculorum nostrorum similes imaginum similitudines aemulo splendore reddentium.

CAPVT XXXVII

Sed iam de talibus sint satis dicta talia.

2 // iterum ad hominem rationemque [a]redeamus; ex quo divino dono homo animal dictum est rationale.

3 minus enim miranda, etsi miranda sunt, quae de homine dicta sunt; omnium enim mirabilium [a]vincit admirationem, quod homo divinam potuit invenire naturam [b]eamque [c]efficere.

35:1 [a]unumquodque] unumquo(d)que (corr. m. fort. 1) B [b]vel inrationalis] vel inrationalis add. Goldb.

35:2 [a]incorporalis] incorporali(s) (corr. m. 1, ut vid.) B [b]ut quicquid] ut quicquid scripsi: et quicquid ω

35:3 [a]constant] constant α: constat δ [b]formae] formae scripsi: forma et ω [c]et] et add. Kroll, qui et distinctionem correxit [d]climatum] climmatum B

36:1 [a]Et] A. super Et adscr. m. post. B [b]mundus] cf. Poem. 12, 18 (p. 110, 9)

36:2 [a]Vides] T. super Vides adscr. m. post. B

36:5 [a]nam quae] nam quae B, ut coniecerat Kroll, qui et interrog. signum post species posuit: namque cett.

36:6 [a]sordescens] vulgatam distinctionem (sordescens i. u. c. specie, hae) corr. Kroll [b]hae] hae G (cf. p. 80, 22): haec cett.

36:7 [a]eadem] eadem MG: easdem cett. [b]fructuum] fructuum (ultim. u ex corr.) B [c]cum reddit varias diversasque] cum reddit varias diversasque BM (redditu̲arias; ari- ex uri- corr. B): cum reditu aeris diversas G cum redditu aeris diversasque vel diversas δ (verba audacter mutavit F) [d]ante omnis] ante omni(s) (s add. m. 1; i in e corr. m. post.) B, fort. ante omnia, sed cf. p. 46, 11 [e]odores] odores// (a eras.) B

36:8 [a]facit] facit in faciunt corr. m. post. B [b]conversiones] conversationes B [c]divinas] atque diurnas Kroll, sed cf. p. 7, 14

36:9 [a]lunae] et post lunae add. MPL, quapropter lacunam signif. Goldb.; et ⟨omnium stellarum⟩ supplevit Koziol

37:1 [a]sed iam] 'sed iam — habere potuissent' August. de civ. dei VIII 24

37:2 [a]redeamus] red//eamus (d eras.) B

37:3 [a]vincit] vicit (sed n add. m. 2) B et August. [b]eamque] eam BM (sed q; add. m. 2 B) [c]efficere] effecire (i, e ss. m. 2, ut fiat efficere) B: effetire M

4 quoniam ergo proavi nostri multum errabant circa deorum rationem increduli et non animadvertentes ad cultum religionemque divinam, invenerunt artem, qua efficerent deos.

5 [a]cui inventae adiunxerunt virtutem de mundi natura convenientem eamque miscentes, quoniam animas facere non poterant, evocantes animas daemonum vel angelorum eas indiderunt imaginibus sanctis divinisque mysteriis, per quas idola et bene faciendi et male vires habere potuissent.

6 avus enim tuus, [a]Asclepi, medicinae primus inventor, cui templum consecratum est in monte Libyae circa litus crocodillorum, in quo eius iacet mundanus homo, id est corpus, — reliquus enim vel potius totus, si est homo totus in sensu vitae, melior remeavit in caelum omnia etiam[b]nunc hominibus adiumenta praestans infirmis numine nunc suo, quae [c]ante [d]solebat medicinae arte praebere.

7 Hermes, cuius avitum mihi nomen est, [a]nonne in sibi cognomine [b]patria consistens omnes mortales undique venientes adiuvat atque [c]conservat?

8 [a]Isin vero Osiris quam multa bona praestare propitiam, quantis obesse scimus iratam!

9 terrenis etenim diis atque mundanis facile est irasci, utpote [a]qui sint ab hominibus [b]ex utraque natura [c]facti atque conpositi.

10 unde [a]contingit ab [b]Aegyptiis haec sancta animalia nuncupari colique per singulas civitates eorum animas, quorum sunt [c]consecratae viventes, ita [d]ut et eorum legibus [e]incolantur et eorum nominibus nuncupentur.

11 per hanc causam, o Asclepi, quod aliis quae colenda videntur atque veneranda, apud alios dissimiliter habentur, [a]ha⟨n⟩c propter[ea] bellis se lacessere Aegyptiorum solent civitates.'

CAPVT XXXVIII

'Et horum, o Trismegiste, deorum, qui terreni habentur, cuiusmodi est qualitas?'

2 '[a]Constat, o Asclepi, de herbis, de lapidibus et de [b]aromatibus [c]divinitatis naturam in se habentibus.

3 et propter hanc causam sacrificiis frequentibus [a]oblectantur, hymnis et laudibus et [b]dulcissimis sonis in modum caelestis harmoniae concinentibus, ut illud, quod caeleste est, [c]caelesti usu et frequentatione inlectum in idola possit [d]laetum, humanitatis patiens, longa durare per tempora.

4 sic deorum fictor est homo.

5 et ne [a]putassis fortuitos effectus [b]esse terrenorum deorum, o Asclepi: dii caelestes [c]inhabitant summa caelestia, [d]unusquisque ordinem, [e]quem accepit, conplens atque custodiens, [f]hi nostri vero singillatim quaedam curantes,

---

37:5 [a]cui inventae] cui inventae — nominibus nuncupentur' August. de civ. dei VIII 26

37:6 [a]Asclepi] o Asclepi August. asclepi// (i eras.) B [b]nunc] nunc om. F [c]ante] ante om. August. [d]solebat] solebat GF: solet BMPL et August.

37:7 [a]nonne] nonne August.: non ω (om. F) [b]patria] patria August.: patriam ω [c]conservat] conservant B

37:8 [a]Isin] Isin δ et August.: ipsi B ipsa MG

37:9 [a]qui sint ab] quis (sunt ss.) intab [b cum signo suspensionis, fort. intabescunt] (corr. m. 2) B [b]ex utraque natura] ex utraque natura GL (ex corr.) et August.: extraque naturam cett. [c]facti] facit (ti ss. m. 2) B

37:10 [a]contingit] contigit August. [b]Aegyptiis] aegypti(i)s (corr. m. 2) B [c]consecratae] consecratae (ex corr.) M, August. et vulg.: consecrata cett. [d]ut] et post ut om. M et August. [e]incolantur] incoantur B inchoentur M

37:11 [a]ha⟨n⟩c propter[ea]] hanc propter scripsi: //acpropter[ea] (h eras.; ea add. m. post.) B hac propterea M ac propterea cett.; lacunam post ac signif. Goldb.; ac del. Kroll; olim coniecerat hacpropter

38:1 [a]Et] A. super Et adscr. m. post. B

38:2 [a]Constat] T. super Constat adscr. m. post. B [b]aromatibus] //aromatibus (h eras.) B [c]divinitatis naturam] divinitatis naturam MG: divinitatis naturalem (vel ram ss. m. 2) B vim divinitatis naturalem δ

38:3 [a]oblectantur] oble(c)tantur (corr. m. 2) B obletantibus M [b]dulcissimis] dulcissimus (i ss. m. 2?) B [c]caelesti usu et] caelesti usu et ed. Rom.: caelestius et ω (sed us induct. et usu ss. m. 2 B; et om. F) caelesti ex dittographia ortum esse suspicatur Kroll caelestium usu malit Cumont [d]laetum] legum pro laetum Kroll

38:5 [a]putassis] putassis (vel putes ss. m. 2) B, ut coniecerat Koziol: putasses cett. [b]esse] esse (ss in ras.) B [c]inhabitant] inhabitans (vel tant ss. m. 2) B [d]unusquisque] unusquis (om. que) B [e]quem] quem (ue in ras.) B [f]hi] hii α [g]hisque] isque (h praeposuit m. 2) B

quaedam sortibus et divinatione praedicentes, quaedam providentes [g]hisque pro modo subvenientes humanis amica quasi cognatione auxiliantur.'

CAPVT XXXIX

'Quam ergo rationis partem [b]εἱμαρμένη vel fata incolunt, o Trismegiste?

2 [a]anne caelestes dii catholicorum dominantur, terreni incolunt singula?'

3 'Quam [a]εἱμαρμένην nuncupamus, [c]o Asclepi, ea est necessitas omnium, quae geruntur, semper sibi catenatis nexibus vincta.

4 haec itaque est aut effectrix rerum aut deus summus aut ab ipso deo qui secundus effectus est deus aut omnium caelestium terrenarumque rerum firmata divinis legibus disciplina.

5 haec itaque εἱμαρμένη et [a]necessitas ambae sibi invicem individuo conexae sunt glutino, [b]quarum prior εἱμαρμένη rerum omnium initia parit, necessitas vero [c]cogit ad effectum, quae ex illius primordiis pendent.

6 has ordo consequitur, id est textus et dispositio temporis rerum perficiendarum.

7 nihil est enim sine ordinis [a]conpositione; in omnibus mundus iste perfectus est; ipse enim mundus ordine gestatur vel totus constat ex ordine.

CAPVT XL

Haec ergo tria: εἱμαρμένη, necessitas, ordo vel maxime dei nutu sunt effecta, [a]qui mundum [b]gubernat sua lege et ratione divina.

2 ab his ergo omne velle aut nolle divinitus aversum est [a]totum.

3 nec ira etenim commoventur nec flectuntur [a]gratia, sed serviunt necessitati [b]rationis aeternae, quae aeternitas inaversibilis, [c]inmobilis, insolubilis est.

4 prima ergo εἱμαρμένη est, quae iacto velut semine futurorum omnium [a]sufficit prolem.

5 sequitur necessitas, qua ad effectum [a]vi coguntur omnia.

6 tertius ordo textum servans earum rerum, quas εἱμαρμένη necessitasque disponit.

7 haec ergo est aetern[a]itas, quae nec coepit esse nec desinet, quae fixa inmutabili lege currendi sempiterna commotione versatur oriturque et [b]occidit alternis saepe per membra ita, ut variatis temporibus isdem, quibus occiderat, membris oriatur; sic est enim rotunditas volubilis ratio, ut ita sibi coartata sint cuncta, ut initium, [c]si[t] quod sit, volubilitatis ignores, cum omnia se semper et praecedere videantur et sequi.

8 eventus autem vel fors insunt omnibus permixta mundanis.

9 dictum est vobis de singulis, ut humanitas potuit, ut voluit permisitque divinitas.

39:1 [a]Quam] A. super Quam adscr. m. post. B [b]εἱμαρμένη] εἱμαρμένη edd.: himarmene ubique α et sic fere PL heMARMeNe vel IMARMeNe F

39:2 [a]anne] anne: ante ω, sed vel ne ss. m. 2 B, quod recepit Vulc. (aut L, si F)

39:3 [a]εἱμαρμένην] cf. Lydus de mens. IV 7 (p. 70, 22 Wuensch) [b]εἱμαρμένην] εἱμαρμένην edd.: himarmene vel similia (om. n) ω [c]o Asclepi] T. super o asclepi adscr. m. post. B

39:5 [a]necessitas] necessitas GPL¹: necessitates B necessitatis ML²F [b]quarum] quarum GF: quorum cett. [c]cogit ad effectum] cogit ad effectum ed. Rom.: cogit adfectum (sed ef add. m. 2) B cogit adfectum M cogit affectum vel effectum cett.

39:7 [a]conpositione] conpositione, ⟨si⟩ in omnibus Kroll

40:1 [a]qui] qui unus ς et ed. Rom.: quae vel que cett. [b]gubernat] guberna(n)t (corr. m. 2) B

40:2 [a]totum] totum nec (m nec in ras. m. 1) B

40:3 [a]gratia] gratias B [b]rationis] ratione(i)s (corr. m. 2) B [c]inmobilis] inmobilis bis scriptum, sed pr. voc. exp. et induct. B

40:4 [a]sufficit] sufficit (aliter suscipit ss. m. rec.) B

40:5 [a]vi coguntur] incoguntur pro vi coguntur B

40:7 [a]ita] ita aut B [b]occidit] occidit GF: occidet cett. [c]si[t] quod sit] si quod sit scripsi: sit quod sit BMP (aliter ut quod sit inicium volubilitatis ignores ss. m. rec. B) sit ante quod om. cett.

40:10 [a]deum] deum (eu ex corr. in ras.) B

10 restat hoc solum nobis, ut benedicentes [a]deum orantesque ad curam corporis redeamus.
11 satis enim nos de divinis rebus tractantes velut animi pabulis saturavimus.’

CAPVT XLI

De [a]adyto vero egressi cum deum orare coepissent, in [b]austrum respicientes — sole etenim occidente cum quis deum rogare voluerit, illuc debet intendere, sicuti et sole oriente in eum, qui subsolanus dicitur — iam ergo dicentibus precationem Asclepius ait voce submissa: ‘[c]o Tat, vis suggeramus patri iusserit, ut [f]ture addito et pigmentis precem dicamus [g]deo?’
2 quem Trismegistus audiens atque commotus [a]ait: ‘[b]melius, melius ominare, Asclepi.
3 hoc enim [a]sacrilegii simile est, cum deum roges, tus ceteraque incendere.
4 nihil enim deest ei, qui ipse est omnia aut in eo sunt omnia.
5 sed nos agentes gratias adoremus.
6 [a]hae[c] sunt enim summae incensiones dei, gratiae cum aguntur [b]a mortalibus.
7 gratias [a]tibi, summe, [b]exsuperantissime.
8 [a]tua enim gratia tantum sumus cognitionis tuae lumen [b]consecuti, nomen sanctum et [c]honorandum, nomen unum, quo solus deus est benedicendus [d]religione paterna, quoniam omnibus paternam pietatem et religionem et amorem et quaecumque est dulcior efficacia, praebere dignaris [e]condonans nos sensu, ratione, intellegentia: sensu, ut te [f]cognoverimus; ratione, ut te suspicionibus indagemus; cognitione, ut te cognoscentes gaudeamus.
9 ac numine salvati tuo gaudemus, quod te nobis ostenderis totum, gaudemus, quod nos in corporibus sitos aeternitati fueris consecrare dignatus.
10 haec est enim humana sola gratulatio, cognitio maiestatis tuae.
11 cognovimus [a]te [b][et], lumen maximum solo intellectu [c]sensibile; intellegimus te, o [d]vitae [e]vera vita, o naturarum omnium fecunda [f]praegnatio; cognovimus te, totius naturae tuo conceptu [g]plenissimae [h][cognovimus te] aeterna perseveratio.
12 in omni enim ista oratione adorantes bonum bonitatis tuae hoc tantum deprecamur, ut nos [a]velis servare perseverantes in amore cognitionis tuae et numquam ab hoc vitae [b]genere separari’.
13 haec optantes convertimus nos ad puram et sine animalibus cenam.

❧

41:1 [a]adyto] adyto (abdito ss. m. rec.) B [b]austrum] cf. Poem. 13, 16 (p. 124, 9 P) = C. XIV 16 (p. 345, 18 Reitz.) [c]o Tat] A. super o tat adscr. m. post. B [d]Tat] Lactant. inst. div. VI 25 [e]Tat, vis] Tat, vis scripsi ex B, qui habet tatuis (sed uis exp., ut sit tati): tati cett. [f]ture] ture (t et e in ras.) B [g]deo] TA. super deo adscr. m. post. (T. super quem eras.) B

41:2 [a]ait] ati (corr. m. post.) B [b]melius] T. super melius adscr. m. post. B

41:3 [a]sacrilegii] sacrilegii Kroll (et ita unus ς): sacrilegis ω

41:6 [a]hae[c]] hae ed. Rom.: haec ω [b]a mortalibus] a ante mortalibus add. m. 2 B

41:7 [a]tibi] agimus post tibi add. Reitzenstein [b]exsuperantissime] Papyrus Mimaut ap. Reitzenstein (Archiv f. Religionswissensch. VII 396—397)

41:8 [a]tua] tua (t in ras.) B [b]consecuti] consecuti// (n eras.) B [c]honorandum, nomen unum] honorandum nomine pro honorandum, nomen unum Reitzenstein [d]religione] religione (l in ras.) B [e]condonans] condonans GLF: condonas BMP [f]cognoverimus] cognoverimus (cognoscamus ss. m. rec.) B

41:11 [a]te] te om. α [b][et]] et seclusi; om. F [c]sensibile] sensibile Reitzenstein: sensibili ω [d]vita] cognovimus te post vita add. Reitzenstein [e]vera] vere M [f]praegnatio] praegna//tio (n eras.) B [g]plenissimae] plenissimae Reitzenstein: plenissimū (u in ras. m. post.) B plenissime cett. [h][cognovimus te]] cognovimus te seclus. Reitzenstein

41:12 [a]velis] velis (l in ras. m. post.) B [b]genere separari] generes parari B